

31

TT
ME
NT

Handwritten scribble or mark



N^o 11 — 84.


Uppsala Univ. Bibl.
Engeströms Saml.


25/10 1625


G.A. brev er forhindret at referere artiklerne Jurisdiction for Dødsen i
accidentia professorum den første i sin underordning
13, for alle disse ting, tilgode om befordring i 148.


G.A. om Sigedani: d. 31 August 1624.


Christian, om indtækt for gamle skole. 22 Dec. 1646.
Den 26. april 1646. Kjøbenhavn. Skolefoged. Dan.
























NOTIUS ARCIUS DEI

Gratia, Suecorum, Gothorum Vandalorumque
Rex. Magnus Princeps Finlandiae, Dux Estho-
nia, Carelia, Brema, Verda, Stetini Pomeraniae,
Cassubiae, et Vandaliae, Princeps Rugiae, Domi-
nus Ingriae et Wismariae, nec non Comes Pala-
tinus Rheni, Bavariae, Juliaci, Cliviae et Mon-
tium Dux etc. Notum testatumque
facimus omnibus et singulis Nobis subjectis et
academiae Nostrae Dorpatensis Civibus, tum et ali-
is quorum interest, quod quam jam inde ab initio
Regni hujus muneri Nostrum in id praecipue curam
Studiumque Nostrum intenderimus, ne quid, quod pu-
blico egregio beneque ordinato Imperii Statui conda-
ceret, negligereimus omitteremusque, sed omni potius
nostra Regiaeque sollicitudine quaecumque suo spectare exi-
stimarentur, promoveremus; dispicientes vero principem
inter talia locum tenere **PIETATEM** et Sincerae Dei
Cultum, utpote solidissimum Regnorum fulcrum et fir-
mamentum, nec exiguum esse, quod a liberalium ar-
tium Studiis ad rempublicam dimanat, utilitatis;

proinde

proinde collapsam injuria temporum, quæ provido
consilio magnificentiaq; gloriosissimæ memoriæ Regis
GUSTAVI ADOLPHI MAGNI ante sex
et quingenta annos Dorpati Livonum institue-
batur, Academiam, in Dei gloriam et Regni No-
stri, præsertim vero illarum, quæ ad limites ejus ista
à parte sitæ sunt, provinciarum felix incrementum,
non solum restauravimus Privilegiisq; ac redditibus
dotavimus, verum, etjam, ne quid ad hujus societa-
tis rectam ordinationem deesset, certas leges Con-
stitutionesq; eidem dandas ac præscribendas duxi-
mus, quas ab omnibus et singulis Nobis subje-
ctis dictæ Academiæ Civibus ac membris, alijsq;
quorum interest, obedienter et fideliter servari
præcipimus, quemadmodum sequentibus capitibus
continentur et descriptæ extant.



I

ndex capitum

quæ Soc

Constitutionum Academicarum

Volumine continentur.

CAP.

Pag.

I.	De Academia ejusq; juribus et jurisdictione.	1.
II.	De Cancellario Academia ejusq; Jure et of- ficio, ut et de ProCancellario.	3. 5.
III.	De Consistorio duplici et utriusq; officio.	6.
IV.	De Rectore ejusq; electione, introductione, officio et Privilegiis.	9. 17. - 20.
V.	De ProRectore.	21.
VI.	De Deliberationibus.	25.
VII.	De Ordine Judiciorum et Appellationibus.	26. -

IIIX.	DE Uectione Professorum, ^{28.} electorum, ^{29.} confirmatione, ^{30.} introductione, ^{31.} eorundemq; officio in genere et coercitione	33.
IX.	DE Decanis Facultatum et eorum electione et officio	34.
X.	DE Processionibus et Sessionibus	38.
XI.	DE Quatore, ejusq; electione et officio	42.
XII.	DE Secretario Academiae, ejusq; electione et officio	45.
XIII.	DE Adjunctis eorumq; officio	48.
XIV.	DE Vigilibus eorumq; Praefecto	49.
XV.	DE Ministris publicis eorumq; officio	55.
XVI.	DE Depositione	56.
XVII.	DE Promotionibus	58.
XVIII.	DE Disputationibus in genere et in Specie	75.
XIX.	DE Lectionibus tum in genere tum in Specie	83.
XX.	DE Auscultatione Lectionum et Examinibus	97.
XXI.	DE Feriis	100.

XXII.	De Inspectoribus ararū publici et a-	
	dificiorum ^{101.} fieri facultatum ^{102.} alumnorum Regionum,	104.
	Bibliothecae, ^{103.} Typographiae et Bibliopolii.	109.
XXIII.	De Vita et moribus Studiosorum	111.
XXIV.	De Privilegiis Studiosorum	121.

XVII De...
XVIII De...
XIX De...

In nomine Domini.

CONSTITUTIONUM
Academiae Dorpatensis

Art. 1.^{ma}

De Academia ejusque Juribus et Jurisdictione.

1. Statuit Sacra Regia Majestas, ne quid aliud in Academia Dorpatensi publice privatumque à quoquam ejusque sit conditionis doceatur vel proponatur, quam quod congruit cum fundamento Sacrae Scripturae, et cum invariata Augustana Confessione, quae in Concilio Upsalensi Anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio repetita est.

2. Hujus Academiae corpus constabit quatuor facultatum, Theologiae, Jurisprudentiae, Medicinae et Philosophiae Collegiorum, cujus corporis caput sit Rector. Huc pertinent Personae

2. *sona Academica reliqua Secundum Privilegiorum tenorem.*

3. *Ejusdem Jurisdictio sit distincta ab Ur^{bi} Dorpatensis Jurisdictione.*

4. *Jurisdictio illa sit in omnia Academia membra atq; prout fusi^{us} in Privilegio Academiae Dorpatensis in causis civilibus et criminalibus, in quibus omnibus dijudicandis, leges Regni in Judiciis aliis usitata atq; constitutiones sequentes observanda.*

5. *Majores autem criminales causas, quae mortem aut membri amputationem seu mutilationem poena loco inferant, Senatus Academiae cognoscet, judicabit et communicata re cum Cancellario ad Supremum Regis judicium referet. Quod si Supplicium a Sacra Regia Majestate remittatur, multa Crivistorii Fisco cedet, juxta Academiae Privilegia.*

6. *Laesa tamen Majestatis crimen, Regiae Majestatis cognitioni reservetur.*

7. *Reliquarum quoq; quae in Cives Academicos constitui solent, poenarum, Senatus Academicus jus habeat, ut sunt multa, carcer, relegatio temporaria, quae existimationem minuit,*

et perpetua quae eandem absumit.

3.

V. Nec ita relegatum ullus in Urbe hospitio excipiat, aut contra mandatum Academiae ullo modo tueatur sub poena quadraginta marcarum *Tisco* *Consistorii* inferendarum, sed neq; in reliquis Regiae Majestatis Academiae talis recipiatur, nec alibi in Patria ad officium docendi admittatur, quam diu tempus relegationis duraverit.

AP. 11^{um}

De Cancellario Academiae ejusq; Jure et officio, ut et de Profancellario.

1. Cancellarium Senatus Academicus nominet, atque Sacrae Regiae Majestati vixtat talem, qui sit secundum Privilegia Vir Pius, idoneus, auctoritate praeditus, Academia amans, rerumq; Academicarum peritus, Orthodoxae religioni in Verbo Dei, Confessione Augustana invariata et Concilio Upsalensi comprehensa sincere addictus.

virum et Regni Senatibus

2. Hujus Cancellarii jus et officium in his potissimum consistat (1) videbit, ne Academia Dorpatensis quid detimenti capiat, sed ut ejus
jura

4.
Jura sacra tacta conserventur, seduloq; Academiae
commoda et incrementa promoveantur. (2.) visitabit
Academiam quotiescunq; res et necessitas postulave-
rit, ad minimum semel in Anno, ut inspiciat do-
centium et discipulorum labores, catalogos prele-
ctionum nec non disputationum publicarum sibi ex-
hiberi curet, et de illarum fructu et utilitate una
cum Senatu Academico judicet, aliaq; quae perti-
nent ad salutem et conservationem Academici
Status, accurate cognoscat. Si quos negligentes
et minus aptos officio deprehenderit, eos admo-
net vel privatim, vel si opus fuerit, in Consistorio:
Qui sese non emendaverit, secundum Processum in
privilegiis et infr. cap. 7. descriptum removebitur.
(3.) Concedet Singularum Facultatum Decanis
Socios per literas petentibus, licentiam creandi
Doctores et Magistros, atq; si absit, tunc suas vi-
ces in actu promotionis peragendas Profan-
cellano commendabit. Quod si praeter modum cre-
briores fiant promotiones, de iis judicabit et si
visum fuerit, insinabit. Item de Quaeestore, Aca-
demiae redditibus, eorumq; distributione et expen-
sis decernet: de Arario, Academiae aedificiis,
Bibliotheca, ac Typographia sedulo cognosces
ipse, vel per alium Delegatum, Acta Consistorii.
cum

5.
cum opus fuerit, inspiciet, ut eorum quæ in Consi-
torio aguntur et tractantur, certam notitiam ha-
beat. (4.) Habebit potestatem Sententias à
Rectore et Consistorio latis, si opus fuerit, con-
firmandi, aut etiam communicata re cum Senatu,
moderandi, vel ad ulteriorem disquisitionem re-
vocandi, si iniquæ videantur. (5.) Lites ex provo-
catione ad se prolatas cum Episcopo Revalicæ
et Generali Superintendente Livonia, tum Super-
intendente Narvensi, itemque duobus ex Supremo,
quod Dorpati est, Iudicio Regiæ Majestatis, sive
aliis Honoratis Viris, quos indultu Regiæ Maje-
statis sibi adjunxerit, si qui vocati absque tergiversa-
tione eo loci, ubi commodissimum videbitur, comparebunt et
judicabit et dirimet. Dissidia inter Academia mem-
bra, cujuscumque sint conditionis, orta, quæ à Re-
ctore et Senatu non potuerunt componi, cognoscat,
comprimet, tollet. Petulantes, si se Rectori, Con-
sistorio et Procancelario opposuerint, coercet.

DE PRO CANCELLARIO.

Hujus partes erunt (1) absente Cancellario o-
peram suam Rectori et Consistorio petenti, vel
ultra, cum necessitas urget, fideliter communi-
care in libris quæ ad Jurisdictionem Academiae

pertinend

*Procancelario Academiae
Archidiaconi Joanni Uspenski*

6
pertinent, dirimendis. (2.) Explorare docentium et
discipulorum studia, labores et mores, et singulos,
si vel negligentes fuerint, vel alias deliquerint,
sui officii primum per Decanum vel Rectorem, dein
de, si res postulaverit, coram, sive privatim, sive
in Consistorio graviter admonere. (3.) Cancellarium
certiorem facere si incidant, quae Academiae offi-
cere possint, quaeq; ab eo et Senatu emendari ne-
queant. (4.) Deniq; si Rector negligenter, aut per-
verse res Academiae tractaverit, sive per se i-
psam, vel per alium, quem cum consensu Consistorii
in locum suum substituerit, de Actis Rectoris una
cum Consistorio cognoscere et judicare, atq; si opus
fuerit ad Cancellarium referre.

Art. III.^{hiam}

De Consistorio duplici et utriusq; officio.

1. Duo erant Consistoria Academiae, minus
unum, alterum majus.

2. In minori, Rectori assidebunt quolibet Se-
mestri unus Theologus, ex Facultate Juridica et Me-
dica unus, ex Facultate Philosophica bini, et in
causis ararium concernentibus, Inspector cum
Questore.

7

3. Istorum officium erit Rectori vocanti adesse, causas & lites Academicas, quae à Rectore privatim non possunt componi, & quarum aestimatio quadraginta thaleros non excedent, examinare & dijudicare: Studiosos & coetera Academia membra inferiora in officio continere, nec non causas, quas Inspectores cum Questore expedire nequeant, examinare.

1. Majus vero Consistorium ex omnibus Ordinariis Professoribus constituetur, & jus habebit (1.) nominandi Academiae cancellarium. (2.) eligendi Rectorem. (3.) nominandi & presentandi Professorem: (4.) de eorum, qui publice vel privatim publicis stipendiis docent, si vel in vita vel doctrina juste reprehendi possint, emendatione aut coercitione deliberandi, remq; ad cancellarium deferendi: (5.) si periculosa dissensiones incidant, eas cognoscendi & dijudicandi: (6.) majores deniq; criminales causas aliasq; aestimationem quadraginta quinque thaleros excedentes examinandi & decidendi: (7.) Professores in officio continendi: Rectorem quoq; ipsum, cum necesse erit, officii sui per Prorectorem, aut Procancelarium admonendi: (8.) causas de redditibus, quae in minori Consistorio decidi non possunt, de aedificiis publicis, de tempore habendarum promotionum, de stipendiis

anorum

Canorum electione, deij officio Academicis, aliisq;
rebus gravissimis deliberandi, omninoq; curandi ut res
Academicae recte tractentur, nec us quicquam dece-
dat: (9) Ad neutrum autem Consistorium quis Ad-
versor admittatur, nisi prius juramentum praestite-
rit subsequens.

Juramentum Adversoris in Senatu.

Ego N. N. sancte promitto me in causarum
cognitione, quae in hoc Senatu tractantur, attentio-
nem adhibere velle, et in iudiciis ac consulta-
tionibus omnibus, quantum in me est, sententiam profer-
re, Academiae constitutionibus et communi juri con-
sultantem, non subito respectu amicitiae, favoris, o-
di, indignationis, consanguinitatis, affinitatis, aut
cujuscunq; adfectus, vel privatae utilitatis, nec cum
uno aut altero in dicendis sententiis fraudulenter
privatim conspirabo. Divinam gloriam, Ecclesiae ac
Reip. suusq; Academiae commodum unice respiciam,
quae ad morum honestatem et studiorum incrementum
faciant, sedulo procurabo, factiones et turbas omnes fu-
giam, sententiam meam non pertinaciter tuebor, sed
plurimum, si veniatis esse intellexero, me accommo-
dabo: tacenda deniq; non eliminabo. Ita
me Deus adjuvet.

A. P. W.

De Rectore et primo de eius electione.

1. Rectorem Senatui ex ordinariis Professoribus in Majori Consistorio eliget.
2. Cum ordo Academicus sit Aristocraticus, justum quod erit ne quis hic negligatur: ita ergo electio secundum Facultates et Sessiones fiet, ut post Theologum sit Iuris Consultus, post hunc Medicus, post hunc Philosophus. Et cum plures sint Philosophi quam Superiorum Facultatum Professores, cumque ordine jam dicto, servato, omnes Theologi, Iurisconsulti et Medici fuerint functi officio Rectoris, tum qui supersunt Philosophiae Professores ordinarii sese in sustinendo Rectoratu electi contendant, ita tamen, ut nemo nisi in aliquo Academiae munere Professorio, aut alio honorifico officio biennium vixerit, Rector eligatur. Neque licebit ulli hunc ordinem mutare, nisi summa necessitas id postulaverit, de quo Major Consistorium iudicabit.
3. Fiet autem electio Rectoris bis in anno circa 24. Maii. et 22. Novembrii.
4. Qui Professor ratione ordinis et Facultatum legitime Rector electus munus hoc in se recipere

10.

recipere detrectaverit, excludetur ab hoc honore in perpetuum, ubi serio admonitus pertinaciter perseveraverit: Iusta tamen et aequa causa quae libet excusabunt. De quibus Consistorium majus judicabit.

Secundo de introductione
et solennibus novi Rectoris.

Introductio novi Rectoris fiet octavo die ante festum S. Thomae et octavo ante festum S. Johannis, nisi is festus dies fuerit vel festum proxime antecedens, tum enim pridie sine dilatio ne fiet, nec licebit Rectori illum diem prorogare.

Hae Introductio,
hoc solenni ritu peragetur.

1. Ubi pridie publico extuso programmate inauguratio indicta fuerit, postidie procedet Rector electus cum Professoribus et Academicis aliis ad aedes antecessoris hora octava post signum campana datum.

2. Cum convenerit, remoto omni sumptu, deducent Rectorem toga petulari indutum in templum praecedentibus Academia togatis ministris cum Sceptis.

3. Ubi eo ventum fuerit, Rector e cathedra recitabit orationem brevem, actui, loco et tem-

pon

11

pon convenientem, quae ultra semihoram non ex-
tendatur; Professorum interim uno quoque suo lo-
co consistente. Postea evocatum electum Recto-
rem Concioni dixit, eiq; ea, quae de Rectoris offi-
cio statuta sunt, praeligi curabit, atq; ad eorundem
observationem iure jurando eum adstringet.

Juramentum Rectoris.

Ego N. N. Sancte promitto et Spondeo pri-
mum me fideliter operam daturam, ut pura et
vangelica doctrina et aliae artes Deo gratae, et Ec-
clesiae atq; Reipublicae utiles et necessariae Stu-
diose juventuti proponatur. Deinde Serenissi-
mo ac Potentissimo Principi ac Domino, Domino
FRANCISCO II. Regi nostro fementissimo de-
bitum obsequium et fidelitatem praestabo, atque
ut omnes Academicae Jurisdictioni subiecti idem
praestent, quantum in me erit, auctoritate publi-
ca curabo. Insuper quae ad salutem, dignitatem
et utilitatem hujus Academiae, imprimis vero
quae ad justam commissi muneris administratio-
nem faciunt, sedulo ac diligenter procurabo.
Pono aciem oculorum, quantum in me est, in o-
mnes hujus Reipublicae literariae partes inter-
dam, et quid recte quidve fecerit tam a doctis quam
quam

12.

quam dissentibus fiat, non tantum ipse obser-
vabo, verum etiam si quid aut negligenter aut
perperam factum fuerit, communicatis cum Aca-
demie Senatu et in gravioribus cum Profancel-
lario consiliis emendare atque abolere conabor.
In dijudicandis causis, in distribuendis praemiis,
aut poena alicui inoganda, alijsq; negotijs publi-
cis administrandis, leges, justitiam et aequita-
tem servabo. Tandem Magistratu deposito,
nequaquam ex urbe ante discedurus, aut aliam
functionem suscepturus sum, quam rationes ad-
ministrati officii, prout Constitutiones requirunt,
Senatui Academia reddidero, nisi id pace et consen-
su ejusdem fieri possit. Ita me Deus adjuvet.

5. Hinc novo Rectori insignia tradet, Scepta,
Sigillum, claves archivi, carceris et fieri cum
Statutorum libro, addita brevi ad Singula exhor-
tatione. Inde recitabit Secretarius Academia
Constitutiones de vita et moribus Studiosorum,
eorundemq; Privilegia.

6. Post haec novus Rector magistratum susci-
piet, hac solenni Voti formula.

Grave, Auditores, mihi hodie injunctum ma-
nus esse intelligo, cui rite obeundo me minime
parem agnosco absq; singulari Divina gratia ad-
futuro. Quamobrem ut sub hac administratione
omnia a me alijsq; Academia quibus rite fiant

et gerantur, beneq; ac fideliter eveniant, agite q; vot,
 quot in hac celebritate Academica adsumus, coram
 Divina Majestate nos. Supplices prosternamus uno
 religioso cordis cultu ac desiderio, unaj voce Divinum
 implorantes auxilium. Ad Te igitur aeterna et infinita
 potentia, bonitatis ac misericordiae Deus, Pater, Fili
 ac Spiritus Sancte, nos summa cum veneratione im-
 mense Majestatis Tuae convertimus, gratias infini-
 ta bonitati Tuae agentes, quantas mente concipere
 verbisq; exprimere maximas possumus, pro omnibus Di-
 vinis Tuis beneficiis, quae in nos innumera et longe
 maxima ex sola immensa Tua gratia et philantropia
 nullis nostris provocatus meritis abunde contulisti,
 et adhuc confers quotidie, imprimis quod Patriam no-
 stram illugere pergis, fulgore incorrupti Verbi Tui
 ejusq; puro ministerio Ecclesiam Tibi apud nos colli-
 gis et conservas, salutifera Tui agnitione et cultu
 conspicuam, caelestiumq; bonorum Tuorum heredem.
 Quoque hujus Patriae nostrae Supremum post Te No-
 deratorum, Serenissimum ac Potentissimum Princi-
 pem ac Dominum, Dominum **ARZUM XI:**
 Regem nostrum clementissimum, cum universa Re-
 gia Domus, Salvum hactenus ac incolumem serva-
 sti. Te attine, Summe ac mitissime Deus, Pa-
 ter Domini ac Salvatoris nostri Iesu Christi, ar-
 dentissimis cordis gemitibus oramus et obtesta-
 mur ut condonatis propter eundem unigenitum Fili-
 um

14.

um Tuum ac Mediatorem nostrum Unitum, omnibus nostris peccatis, deinceps nos paternam Tuam gratiam et beneficentiam prosequi dignetur, quam apud nos plantasti Ecclesiam perpetuo conservare. Intueere o Deus exercituum et caelis et respice ac visita ritum hanc quam plantavit dextera Tua. Arce et profliga fures atque feras, tam carperet et proculcare conantes. Protege, fave ac roborare amplissimum hoc Suevicum Imperium, quemque ei profecisti Vicarium Tuum, Regem nostrum clementissimum, Patrem Patriae optimam, tum clementissimam Reginam, tam Matrem quam Consortem et Regiam Sobolem, ab omnibus periculis et incommodis tutam perpetuo et immunem praesta, cunctisque animi, corporis et fortunarum expetendis bonis ac dotibus orna, tumula et amplifica. Da, o coeli terraeque Rex ac Dominus, sermo tuo, Regi nostro animum sapientem ac intelligentem ad iudicandum populum Tuum atque discernendum inter bonum et malum. Instaurat ac munus, tum pietate, justitia ac fortitudine, intelytum redde, de prospero optatoque omnium consiliorum attionumque successu ac eventu, et largire floridissimum ac pacissimum Imperium diuturnitatem. Serua benignissime perillustrem et amplissimum Regiorum Senatorum ordinem. Imple ac dirige eos spiritu sapientiae et timoris tui, ac inspira consilia Regi, Regibus nobisque omnibus salutaria. Inspira ac tutare cunctos Regni ordines, accende in eis et fore primum et perpetuum Studium veri cultus Tui, fidelitatis

tatis ac obsequii erga Regem, amoris ac concordia mutua. Regni quoque officinas literarias, hanc imprimis Dorpatensem Academiam, doctrinae coelestis, omniumque liberalium studiorum illustre domicilium patere custodi, sustenta et amplifica. Serva et prospera Magnificentissimum ejus Illustrissimum Dnum. N. N. Tunc amplissimum ejus Praefectissimum, plurimum Reverendum Dn. N. N. Benedic univ-
 erso ordini laboribusque docentium et discipulorum, omnemque ac singulos dirige in semita verbi tui. Tutana o coelestis Pater hunc Rectoratum meum, praesto mihi sis perpetuo benigna ope ac directione tua, ut ea tantum cogitem, suscipiam et perficiam, quae tibi grata sunt, totique huic Academiae salutaria.

Da pacem tranquillam nullisque tumultibus circumstantibus aut infortunio notabilem administrationem. Optate ut in hoc Patria Athenaeo in presenti et omnibus sequentibus temporibus ad finem usque universi vigeant, florentque omnia Divinarum et humanarum literarum studia, celebrantia laudes tuas et Ecclesiae Reipublicae conducibilia. Praeterea sub umbra alarum tuarum Regni exercitus, terra marique, eosque pro Regis incolumitate publicaque Patria salute pugnantes, arma fortitudine ac tua reverentia, quibus prosperum rerum successum adjungat et victorias. Caetera quoque Patria in sagittis praesidia et firmamenta clementer servata conserva. Atque ab universo Regno famem pestem, bella et invidorum ac hostium nostrorum

maligna

16.

maligna consilia, vires ac conatus frange. Descende o Deus exercituum ad extirpandum & militandum pro Patria nostra ex monte Sionis in ea. Confirma vertes portarum ejus, ut confundantur & dissipentur inimici nostri. Solare, Domine, quos castigas manu tua, & clamantes ad te benigne exaudi. Habita in medio nostri, propter nomen tuum maximum ne deseras nos. Duce nos viam studiorum tuorum & fac ut ei insistamus ad finem usque vite nostra. Optime Summeque Pater, fave nobis perpetuo, fave beneficis in nos tuis & constanti tuere, quam nobis benignissime concessisti felicitatem, eamque auge pro paternae tuae in nos benevolentiae cum aliis tuis dotibus, tum beata tandem ex hac miseriarum valle emigratione. Postquam in ecclesia tua nos recipere tabernacula atque perfunde gaudia. Ita in mortali hac & altera sempiterna vita ingens & personis nobis erit materia celebrandi bonitatem tuam perpetua gratiarum actione.

7. Ad preces deinde in templo usitatas fiet pro eodum atque tum ante, tum post preces Cantores novo Doctore concentu Musico adplaudent. Totus autem intra horam decimam claudetur.

8. Precibus finitis ad epulum sumptu modico in adibus creati Doctores instructum, solito processu ibunt. Ad hoc convivium Procancelarius, Ordinarius Professor, rector, Academiae Praetor et Secretarius invitabuntur. Quod si Academiae Cancelarius, aliquis Episcoporum vel Provinciae Praeses forte in Urbe fuerit, eos quoque invitare licebit. Alios praeter jam dictos invitare

interdictum

interdictum sit: Qui secus fecerit, sicuti etiam qui con-
viam sequenti die instruxerit, pro singulis hospiti-
bus sex marci mulctabitur.

Tertio de Rectoris officio.

1. Rector omnia ad Dei gloriam et salutem Dei,
publicam atque Academia in gubernatione sua referet.
2. Res Academia diriget, Professorum, Studio-
rum et omnium Academicorum mores, studia et exerci-
tia moderabitur, atque ut omnes obedientiam S.^{ae} R.^{ae}
M.^{ti} debitam praestent, fideliter curabit, imprimis au-
tem in labores Professorum accurate inquiret, lectiones
eorum subinde auscultando.
3. Jus habebit utrumque Consistorium pro re nata
convocandi.
4. Senatum majorem ordinariē semel singulis mini-
mum mensibus convocabit, exploraturus quid in Academia
agatur, et quo loco sint omnia quae ad Academiam pertinent.
5. Scholarium et Studiosorum advenientium testi-
monia inspiciet, et Scholares quidem ad Philosophiae
Decanum examinandos mittet, ut infra dicetur, quorum
eruditionem si Decanus approbaverit: quod in eo consi-
stet, ut isthaec omnia absoluerint, quae in scholis tri-
vialibus et Gymnasio proponi debent: juramento ad-
strictos in Album Academia referet, acceptis ab u-
troque pro opera sua tribus marci. Quod si Rector
et Decanus rudiores Scholares aut alios sine consen-
su Profanellarii et Senatus Academici exercitūs A-
cademicis minus idoneos admiserint, arbitraria poena

18.

à Profructuario et Senatu majori determinandae
obnoxii erunt.

Juramentum Studiosorum.

Ego N. N. sancte promitto me velle S.^a R.^a M.^{ti}
subjectionem et fidem, hujus Academiae Rectori,
dum in hac societate Studiosorum gratia haere, debitam
obedientiam praestare. Academiae quoque statutis,
et Senatus Academici decretis libens parebo, sive
studiorum meorum directionem, sive morum censuram
concernant. Deinde injurias mihi illatas temere et
ex proprio arbitratu palam vel occulte non ultiscar: sed
in his et aliis mihi molestis casibus, Rectoris vel Se-
natus sententiae parebo. Ex Academia non nisi cum bo-
na Rectoris gratia, distedam, ejusdem inhibitione vel
arresto detentus non aufugiam, nec nisi debita satis-
factione creditoribus praestita, Suppellectilem et res me-
as ex urbe transportabo. Promitto quoque me promotu-
rum commoda Academiae, ad quemcumque statum pervene-
ro. Ita me Deus adjuvet.

6. Quos deprehenderit honesto testimonio destitu-
tos: dato vel ab Academia vel Gymnasio alicujus Re-
ctoris vel ejus Dioeceseos Episcopo: aut etiam in-
fames et maleficos, nequaquam recipiet. Catalogum
Studiosorum, qui in Urbe degunt, a Custodibus, dum
stipendia colligunt, vel alias fideliter consignatum, an-
tequam Rectoratum deponit, in Academia Archi-
vam inferet.

7. Leves lites et quarum ex lege nulla est multa solus dicimet, adhibito Secretario, qui acta diligenter notet.

8. Graviores, quae privatim componi nec possunt nec debent, ad minus Consistorium, criminales vero et gravissimas, quaeque status conservationem concernunt, ad majus referet, et in utriusque tenorem^{is}. 4. 5. 6. 7. et 8. cap. 1. stricto servabit.

9. Rector multas et poenas a Consistorio decretas exigit, nec eas citra Consistorii consensum remittet.

10. Sententias in causis, quae sunt jurisdictionis, a se vel Consistorio pronuntiatas, nisi legitima provocatio facta fuerit, Academia vigilibus, eorumque Praefecto, nec non reliquis Academiae operariis, et si necesse sit: ut cum homicidium aut aliud quoddam atrox crimen est commissum: advocatis etiam, ne reus exfugiat, Urbis apparitoribus, quos Urbis Consules sine tergiversatione sistere debebunt. Quod si neque hoc pacto rem executioni mandare potuerit, communicato cum Praefecto Consistorii consilio, ad Praefectum eum referet.

11. Si quae dissidia aut altercationes inter Professores oriantur, eas componet, aut si id non poterit, ut ad Consistorium majus et Praefectum Consistorii deferet.

12. Conservabit Academia et Studioforum.

Privilegia

20.

Privilegia, nec non Inspectores Stipendiariorum Ararii, Typographiae, Bibliopolii, atque Bibliothecarium sui officii admonet, adificiorum curam et inspectionem habebit, et qua hic vel illic desiderantur, cancellario opportune indicabit, ne qua in ipsam negligentia culpa redundet.

13. Professoribus et Alumnis Regis alisque membris Academicis, quae publico gaudent salario, stipendia procurabit.

14. Idem Praetorem et Inspectores ararii severe urget, ut exacto quolibet anno, rationes reddituum et expensarum Academiae sine tergiversatione reddant. Quod si hic Rector officium neglexerit, a Consistorio Majori graviter admonetur, et si admonitioni non paruerit, eandem poenitentiam ut incurret.

15. Deposito Rectoratu, nisi rationes mulctarum et administrati officii at rerum non expeditarum Catalogum suum, Consistorio reddiderit, pecuniamque debitam Fisco intra trimestre intulerit, triginta marcarum mulcta plectetur, et nihilominus predictis satisfaciet.

Quarto de Rectoris Privilegiis.

1. Rector post Praefecturam procedens in solemnioribus actibus et Processibus Academicis ornatus usitata toga, et praesentibus cum argenteis Strepitibus Academiae famulis deducetur.

2. Quoad corpus, famam, domum et bona possidet.

Ja

sa sacro-Sanctus erit et inviolabilis tam ab iis, qui Jurisdictioni Academiae Subjecti, quam ab aliis, qui extra eam sunt, qui eorum quidquam commiserit, vel amputatione manus, vel alia aliqua poena, pro gravitate delicti, plectetur.

3. Claves Archivii, Tricri et Arcensis, item sigillum in sua potestate habebit.

4. Studiosis digladiantibus, vel alias gladium tenere stringentibus eum adimi curabit. multa sibi dimidium retinebit, cum ea, quae pro nominum inscriptione datur, pecunia.

5. Publico sumptu publica negotia foris tractabit. N3.

6. Per octiduum urbe abesse ipsi licebit, in majoribus feriis dies quindecim. Constituto interea Prorectore qui ordinavit Rectoris in Detoratu proximus Antecessor erat.

7. Ad Lectiones et disputationes minus quam coeteri adstrictus fuerit.

CAP. V^{um}.

De Prorectore.

1. Quando illustri Persona Rector eligitur, Semper ei ex Consistorio is adiungitur

22.

tur Prorector, ad quem alias ordinis ratione de-
volvendus esset Rectoratus. Atque hic Prorector
simul cum Rectore constituetur. Uigetur autem ex
illustri familia Rector talis, qui ex aetate et erudi-
tione et amore Academia, vitaeque gravitate huius-
modi muneri idoneus judicari poterit. Hic more, Recto-
ribus aliis consuetis, causas in Consistorio ad deli-
berandum proponet, sententiasque et vota colliget,
aliaque quae in officio Rectoris sunt commemorata,
cum consilio auxilioque Prorectoris fideliter ad-
ministrabit.

2. Prorector in Consistorio Rectori adfide-
bit, suamque ipsi communicabit operam, in rebus
Academia dirigendis. Reditus autem ex ea quae sol-
vi solent Rectori, cedent Prorectori, qui rationem
reddet omnium rerum, quae alias à Rectoribus of-
ficio exeuntibus praestari solent.

3. Alias Prorector erit, qui Rectoris in
Rectoratu proximo antecessor erat, vel alius cum
consensu Senatus, qui ordinario Rectore absente,
eandem cum ipso potestatem habebit.

4. Rector et Prorector simul ex urbe non
proficiantur, nisi id prius Praefectuario et Con-
sistorio significaverint. A quibus si veniam impet-
traverint, alium interea ex Senatu Academia Pro-
Rectorem constitutend.

5. Prorector absente Rectore delibera-
randa

23.
randa Consistorio proponet, Sententiasque rogabit, co-
gnoscat, et in iudicando ea sequetur quae supra de Re-
ctoris officio constituta sunt.

Puramentum Rectoris Illustris.

Ego N. N. sancte promitto et spondeo pri-
mum me fideliter operam daturum, ut pura Evan-
gelii doctrina et aliae artes Deo gratae et Ecclesiae at-
que Reipublicae utiles et necessariae Studiosae juven-
tuti proponantur. Deinde Serenissimo ac Potentis-
simo Principi ac Domino, Dno. **A. R. O. T. I.**
Regi Nostro Clementissimo debitum obsequium et
fidelitatem praestabo, atque ut omnes Academiae
iurisdictioni Subiecti idem praestent, quantum in
me erit, auctoritate publica curabo. Insuper quae
ad salutem, utilitatem atque dignitatem huius Aca-
demiae, imprimis vero quae ad justam commissi muni-
cipalis administrationem faciunt, sedulo ac diligen-
ter procurabo. Porro aciem oculorum, quantum
in me est, in omnes huius Reipublicae literariae
partes intendam, et quid recte quidve secus tam
a docentibus quam discipulis fiat, non tantum
ipse observabo, verum etiam, si quid aut negligen-
ter aut perperam factum fuerit, communica-
tis

24.

tit cum Prorectore et Academia Senatu, consiliis et in gravioribus cum Profancellario, quam primum emendare conabor. In dijudicandis causis, in distribuendis proemiis aut poena alicui irroganda aliisque negotiis publicis administrandis, legem justitiam et aequitatem servabo. Postremo quae ad incolumitatem et dignitatem hujus Academiae faciunt, non tantum in muneris hujus administratione, sed per totam vitam meam, in qua tanquam functione vixero, quantum in me fuerit, promovabo. Ita me Deus adjuvet.

Juramentum Prorectoris.

Ego N. N. sancte promitto et spondeo me una cum Rectore fideliter operam daturum, ut pura Evangelii doctrina et aliae artes Deo gratiae, et Ecclesiae atque Reipublicae utiles et necessariae studiosae juventuti proponantur. Deinde Serenissimo Principi ac Domino, Dno. **FRANCISCO** I. Regi Nostro Clementissimo debitum obsequium et fidelitatem praestabo, atque ut omnes Academiae Jurisdictioni subjecti idem praestent, quantum in me est, auctoritate publica curabo. Insuper quae ad salutem, utilitatem et dignitatem

25.

dignitatem hujus Academia faciunt, sedulo ac
diligenter procurabo. Porro aciem oculorum, quan-
tum in me est, in omnes hujus Reipublice litera-
riae partes intendam, et quid recte quidve secus tam
à docentibus quam discipulis fiat. Et coete-
ra quae in Juramento Rectoris continentur su-
pra cap. 4. Ita me Deus adjuvet.

CAP. VI. DE DELIBERATIONIBUS.

1. Rector vocatus ad Consistorium non
constituta venient, qui sine causa sententia, aut
alia iusta emanent, poena trium marcarum multa-
bitur. Absentia vero causam Rectori ante ses-
sionem indicabit in Consistorio dijudicandam. Qui se-
nitus venient vel ante constitutum tempus abive-
nit, pro singulis hodie sex solidos solvet. Rector
vero absens, aut sero veniens, duplo multabitur.

2. Rector solus causam tractandam propo-
net, et clare exponet, et si gravior et intricatior
fuerit, seorsim Assessoribus, progrediendo à Supé-
rioribus ad inferiores, copiam faciet de ea breviter
disserendi, antequam ad suffragia eatur. Interdum
duo vel plures causam disceptabunt, in utramque
partem, idque facient sine livore, sine studio
partium

26.

partium, sine iniquitate, acerbitate aut interpellatione. Atque tum demum hiis peractis, profertur et numerabuntur sententia vel calculi.

3. Assessores singuli una cum Rectore pro eo, quo Consistorio obstructi sunt, juramento, suam sententiam candidè, aperte et modeste dicent, nec se metu aut gratia à dicenda veritate abstereri patiantur. Plura autem Suffragia concludent.

4. Quod si hoc vel alio quoque casu paria fuerint suffragia, connumerato Rectoris, Sententia Profancellarum expetita, controversiam de quo in ordinario Consistorii loco propositam decidet.

5. Si quis supervacuo sermone tempus teneat, aliosque impediat, eum Rector admonet, et si non acquieverit, perdet votum suum in causa proposita.

6. Quae in Consistorio dicta deliberataque fuerint, nemini liceat in fraudem alicujus ex Col. legis, vel totius Consistorii sub poena perjurii legibus definita eliminare. Nemo ex Professoribus patrocinium suscipiet eorum, quos novit alicui vim aut injuriam intulisse.

Cap. VII^m.

De Ordine Judiciorum et Appellationibus.

1. Primam instantiam vel solus Rector, vel

si opus fuerit, Secretario adhibito habebit. 27.

2. Quod si hic sine disceptatione res decidi aut componi non possit, eam ad Consistorium vel minus vel majus pro causa cujusque conditione remittet.

3. Partes plene audientur, ut negotium rectius cognosci possit, sine tamen prolixo processu, nisi magnitudo causa aliud postulet: atque tum, in capitulis praesertim causis, consuetudo judiciorum hujus regni observabitur. ob.

4. A Majori Consistorio ad Majus provocare licebit, sed statim ac ut dicitur, stante pede, si causa aestimatio quadraginta quinque thaleros excederit, idque depositis in judicio tribus martis.

5. A Majori Consistorio ad supremum Regis judicium appellatio permittitur in causis civilibus, ubi lis centum unciales thaleros excederit, idque intra octiduum et depositis in Consistorio viginti martis.

6. Et quoniam S.^a R.^a M.^a placet, ut certa quaedam causae ad Cancellarium Academiae referantur, in his itaque illa observentur, quae cap. 2. §. 5. constituta sunt.

7. Non autem id fiet, nisi status Academiae in discrimen vocetur, aut Rector ab aliquo laesus fuerit, aut alia gravissima controversia tractetur, qua concurti possit Academia. 13.

8. Nec ab hoc judicio permittetur provocari

28

care, sed supplicationibus apud S. R. M. ten.
res agitur.

9. Neque licebit Senatui Academico ali,
enam Jurisdictionem usurpare, occupabitur vero in
rebus personas et statum Academia concernentibus.

A. P. VIII.^{um}

De Electione Professorum.

1. Professione vacante, Facultatis Decanus
Sub finem trimestris spatii ab obitu Professoris de,
mortui omnes convocabit Collegas ad nominandum a,
lium, interea quisque Secum dispiciet de viro ei
Professione idoneo. Quamdiu durat annus gratia
pro vidua defuncti docebunt ejus loco per vices
Professores ejusdem facultatis: vel si ita facul,
tati visum fuerit, adjunctus aliquis ad id idoneus,
idque gratis; fiet autem pralectionum initium
exactis duobus mensibus post obitum Ordinarii
Professoris. Si quis vero Professorum ad functio,
nem aliquam ex Academia alio vocatus fuerit, e,
lectio novi Professoris intra menstruum spatium
post resignationem Antecessoris instituetur.

N3: Except.

2. Ubi autem Facultatis Professores conve-
nerint ad novum Professore[m] eligendum, Decanus
monebit Collegas ut fideliter in rem consulant, quis,
que pro ea fide, quam Facultati et Academia
debet.

3. Re bene deliberata, Decanus nomina e-
orum, qui a Collegio designati sunt, ad Rectorem
referet.

4. Rector deinde una cum Procancelario
in Consistorio Majori diligentissime omnibus cir-
cumstantiis examinatis definit, quis aut uter
eorum, qui a Decanis nominati sunt, sit aptis-
simus, ut Professioni præficiatur, an vero alius
sit præferendus aut addendus.

5. Habebunt autem hi Electores ubique rationem
publicæ utilitatis, non gratiæ, non propinquitatis,
non affinitatis, non amicitia, non ullius privati com-
modi. Sed lex summa illis erit salus Academiae.

Secundo de Electorum Professorum con-
firmatione.

1. Professor unus aut plures unanimiter aut
pluribus suffragiis nominati, edent specimen dispu-
tando sine præside aut alio quodam sufficienti
modo, quæ si approbata fuerint, Cancellario præ-
sentabuntur a Senatu Academico cum commen-

(datione

30.

latione Rectoris pro tempore, cui Profancella,
rius subscripserit, idque eo fiet, ut qui maxime
idoneus fuerit iudicatus, confirmari a S.^a R.^a M.^e
possit, sine cuius confirmatione nemo ad Profes-
sionem admittetur. Si quis in Academicis officio
aliquandiu industriam suam probavit, ceteris pa-
ribus pre aliis commendabitur.

Tertio de Eorundem Introductione.

1. Rector novam Professorem publico Pro-
grammate typis excuso pridie proposito, postri-
die introducit solenniter et juramento in Chate-
dra ante recitationem inauguralis orationis per-
stando eum adstringet, atque in Ordinem Professo-
rum referet, curabitque ut Professionis illius,
quæ hactenus vacaverat, ~~exercitia~~ quamprimum
revocentur, ab illo die gavisurus ordinario sibi
salario.

Juramentum autem quod quisque
Professorum præstabit, tale est:

So N. N. sancte promitto me in vera fide
sacris scripturis patefacta, et Apostolico,
Nicæno, Athanasiano Symbolis breviter
expressa

expressa ac genuina Augustana confessione et con-
 silio Upsalensi recepta ad vitam finem persevera-
 turum. Deinde Serenissimo ac Potentissimo Principi
 ac Domino, Dno. FRIDRICO XI. Regi nostro Clemē-
 tissimo debitum obsequium et fidelitatem presta-
 bo. Sua Patria et Reipublica conducant, promo-
 vebo, incommoda pro viribus avertere studebo;
 in officio diligentiam adhibebo; in iis, quae ad
 juventutis rectam informationem faciunt, omnem
 inane prolixitatem et perplexitatem fugiam,
 et discentium ingenio, utilitati et instituto fi-
 deliter et quantum potero me accommodabo. sol-
legis fidelem et humanum me exhibebo; Studioso-
 rum et Academiae commoda, quaeunque honesta
 ratione licebit, promovere studebo. Ita me
 Deus adjuvet.

obf. -

Quarto de eorundem officio.

1. Ordinariis diebus unusquisque docebit,
 et horas suas integras accurate observabit,
 qui secus fecerit, negligentiae culpa notandus
 erit. Quotannis semel disputabit, exceptis

Lingvarum

32.
Linguarum, Historiarum, Eloquentia et Ma-
thematicum Professoribus, quibus loco disputatio-
num: nisi eas habere ipsi malint: aliud diligentia
specimen edere licebit, modum docendi Constitutionibus
prescriptum servabit, omnibus actibus publicis et
disputationibus, quae in sua facultate habentur,
praesertim gradualibus intererit.

2. Si quem valetudo, aut vis major, aut luctus
aut id genus alia gravis causa impedierit, causam
intermissae lectionis atque absentiae a praedictis a-
ctibus publicis per schedulam, sive coram Recto-
re significabit. Exercitia insuper privata quae
quae Professor in sua Facultate fideliter atque op-
portune instituet. idque pro studiosis, quos con-
stat recte pauperes esse, gratis.

3. In Studiosorum omnium ac singulorum
vitam moresque intendent curam suam Professo-
res, ut si eorum quicquam noverit studiosum
aliquem, cujuscunque gentis aut conditionis, vi-
tam suam indecore per turpe otium et vitia trans-
igere, cum primum officii sui admoneat, deinde
vero, si hoc frustra sit, denuo facultati, cui ad-
dictus esse debeat, sistere eundem teneatur, ut

mature

53.
mature antequam omnis emendatio desperata sit,
consilium de eo capi possit.

Quinto de Coercitione.

1. Qui negligentem in officio versatus fuerit, nec monitis Procancelarii, Rectoris et Consistorii paruerit, parte stipendiarii privabitur secundum Consistorii censuram. Praecipue autem quoties ex negligentia lectionem intermiserit, thesaurum Tisco Academia solvet, ab Inspectoribus ararii et Praestore stipendio eius subtrahendum.

2. Qui contumax fuerit, aut qui propter alias enormes offensiones, propter schismata, dispensiones, factiones, quibus sub exercitio, rum aut alicujus negotii praetextu juventutem ad se pertrabat, potentiam justo majorem aequirat, aut alius etiam occasionibus sibi dominatum in alios querat; Item si propter vitia manifesta in quibus inemendabilis pergit, tolerari sine dedecore et damno Academia nequeat, cognita causa Cancellarii, Rectoris et Consistorii publici judicio ab officio removebitur.

De Decanis Facultatum et eorum
electione ac officio.

1. Decani singuli a sua Facultatis Col-
legis semper novi constituentur, quando no-
vus Rector introducitur, a senioribus ad
juniores descendendo.

2. Horum officium erit intra octiduum
post introductionem novi Rectoris, convoca-
re Facultatis suae Collegas, et videre quid
eorum quisque proposuerit, et quoties lectio-
nes habuerit, vel habere neglexerit, sub pra-
cedente Rectore, quidquid sub novo proponere
velit, omniaque ea scripta tradere Rectori,
ut ipse cum Consistorio de singulis sen-
tentiam suam ferat. Deinde ex fide Aca-
demiae debita suae Facultatis Collegas ob-
servare, an quae sunt ipsorum officii, sedulo
ad Constitutionum tenorem exequantur,
quod ut ipsi constare possit, ex improvisis
lectiones Professorum suae Facultatis audiet,

35.
et si quis in vita et conversatione scanda-
lum praebeat, cum serio et amice admonerit, et
nisi se emendaverit, ad Rectorem deferret eum,
dem, aut ad Profancellarium, ut habita delibe-
ratione, emendatio ipsi injungatur ad praes-
scriptum Constitutionum. Quod Decanus si
neglexerit, convictus pro causa conditione
muletabitur, ad censuram Senatus Academici.

3. Pertinebit quoque ad eosdem ut in disci-
plinam et mores studiosorum sua Facultatis
inquirant, et si quos minus recte studia sua
instituerit neglexerint, eos in Collegium voca-
tos, gravissime admoneant, et quos inemenda-
biles senserint, Rectori significant, ut ad
Consistorium citentur.

4. Itidem Decani responsa petentibus da-
bunt Facultatis nomine, adhibitis in Consi-
lium Facultatis Collegis.

43.

5. Privatorum publicorumque exercitio,
rum curam gerent, videbuntque ne quisquam
nisi Professor privatim legendo vel disputan-
do sine consensu Rectoris et Facultatis
doceat: ij autem, quibus privatim docendi
facultas

36.
Facultas conceditur, et materiam et tempus
exercitiorum indicabunt, theses inspicient et de
illis judicabunt, adhibitis si opus fuerit, Collegis:
earumque unum exemplar in facultatis Archi-
vum inferent, atque si disputatio pro gradu
ab aliquo Candidato fuerit conscripta, ab eo-
dem vesquithalerum pro opera sua Decanus ha-
bebit. Cavebunt ne quicquam vel prosa vel versa
excudatur, quod alicujus Professoris ^{Examinis} prius non
fuerit subjectum, aut ab eo subscriptione no-
minis non approbatum.

6. Peculiariter vero adjunctorum exer-
citia moderabuntur, inque eorum diligentiam
et industriam accurate inquirent.

7. Studiosis nisi pro gradu disputanti-
bus vel alias singulari suo profectu veniam
totius Senatus meritis disputationes conscri-
bere atque typis evulgare non permittent.

8. Qualibet Facultas peculiare proto-
collum habebit vel codicem, in quo scribantur
et consignentur acta facultatis, et praeter
hunc proprium sigillum ac repositorium, in
quo asserventur acta; item peculiare ionclave.

Si cui

Si cui Facultati non suppetat, unde sumantur ^{37.}
sumptus necessarij, nomine facultatis faciendi,
ex Fisco Academiae, aut si hic deficiat, ex pecu-
nia publicis expensis destinata erogabitur id
quod necessarium fuerit. Ad acta vero Faculta-
tis consignanda adhiberi potest aliquis ex stu-
diosis, qui duplici fruuntur stipendio.

9. Nuper vero advenientes, antequam
depositionis actum subiverint, examinabit
Philosophiae Decanus, et si qui non absolverint
illa, quae in scholis et Gymnasijs proponi so-
lent, et privatim praecceptoribus usque bonis et
probatissimis alendis non abunde suffecerint, et
illius rei testimonium certum habuerint, hoc
communicata re cum Profancellano, Rectore
et Senatu Academico vel ad scholam particu-
larem, vel domum ad suos remittet.

10. eos qui sint praecceptoribus privatim,
nec ullius curae vel inspectioni a Parentibus
vel Patronis committi, ad Academiam veniunt,
Decanus cum Rectore Professorum alicui com-
mendabit, qui in mores, vitam et studia eorum,
idem curam intendet, nec sinet eos solute et
libere

38.

libere vagando vitius ac otio corrumpi. Quod si cuiquam contigerit; ab ipso Decano, quem, admodum et ab ipso Rectore, sub quibus in album Academiae relatus talis studiosus fuerit, quorumque culpa neglectus vitium contraxit, rationem accuratam Senatus exiget.

.X3.

11. Decanorum quisque in sua Facultatis disputationibus, promotionibus, examinibus, aliisque congressibus, Facultatem concernentibus primum locum inter Collegas sua Facultatis obtinebit.

12. Semper quoque Philosophiae Decanus intererit Depositionibus vel ejus ex Facultate vicarius.

A. P. X^{um}.

De Processionibus et Sessionibus.

1. In publicis actibus Academicis, post Profancellanum progredietur Rector, hinc sequentur Equestris Ordinis prima et secunda classis, illi qui studiorum gratia in Academia vivunt, hos excipient singularum Facultatum Professores et Praestor, his proxime reliqui nobiles

39.
biles incedent, nemine temere hunc ordinem,
cujuscunque sit conditionis, interrumpente.

2. In Consessibus publicis Profancellan,
us et Rector cum ordinariis Professoribus se,
debunt ad sinistram cathedrae hoc ordine:

Post Rectorem Theologi, deinde Jurisconsul,
ti, hos sequentur Medici, postea Philosophi
sedem habebunt pro ratione temporis, quo quis,
que eorum adscitus est, quam ordinis rationem
non solum inter se Philosophi, sed ceterarum
facultatum Doctores servabunt. Bibliotheca,

nus autem, si Professor est vel antea fuerit, lo,
cum, qui illi inter Professores in quacunq; fa,
cultate obtigit, servabit. Avastor Academia
immediatum post Professores locum semper ha,

bebit. Quod si quis superiorum Facultatum
Doctor ad Professionem Philosophicam ad,
hibitus fuerit, is tamen inter Philosophos
locum ultimum ut ceteris Professoribus con,
suetum, initio obtinebit. In quacunq; enim
Facultate, ut quisque tempore sic loco erit
posterior, nisi in honorifica functione ante
vixerit, talibus vero locum pro qualitate Per.
sonae

10.
Iona facultas cum ordinario senatu assigna-
bit. Et quamquam ex recepta consuetudine A-
cademiarum, Facultatum Doctores sint priores
Magistris, prius tamen quam Doctores publico do-
cendi munere, aut alii alicui honorationi officio
admoveantur, posteriores sunt omnibus Profes-
sibus. A dextro vero chathedra latere sedebunt
Regii senatores, alique Viri Illustres, si forte
adfuerint, post hos Studiosi Equestris Ordinis,
prima secunda et tertia classis. In nuptiali-
bus aliisque publicis congressibus, qui sunt A-
cademicis et Urbanis Civibus communes, post
Senatores Regios, Generalem Gubernatorem, et
Regii Præsidentem, incedent Profratellanus
et Rector, hos excipient Vice Præsides et A-
ssores Regii Iudicii, Classis Nobilium, dein
de Professores Theologiae, postea reliqui Profes-
sores cum Ajessoribus Regii Iudicii secunda
classis promiscue incedent, habita ratione Fa-
cultatum et temporis, quo quisque ad officium
adscitus est. Post Professores et Quæstorem
incedent Nobiles tertiae classis, qui studiorum cau-
sa in Academia versantur, his proximum lo-

tum

cum tenebunt Prator et Urbis Consulibus, inde Academia Secretarius, ceteri utpote Bibliothecarius si Professor non fuerit, Rector scholæ, Facultatum Adjuncti, Conceptor et Sacellanus, pro ratione gradus, ætatis ac mentorum, loco honorabuntur. Hos sequentur Senatus Urbanus, Magistri, studiosi et promiscua Civium multitudo, ita tamen ut honoratissimorum Civium habeatur ratio.

X3.

3. Item jam Ordinem Viris servandam statuimus, illam etiam in Processionibus et Seditionibus ab uxoribus eorundem accurate sub potestate mulierum arbitraria observari volumus. Plurimum enim facit ad avaritiam omnem in Ecclesia et aliis congressibus publicis effugiendam, si uxor dignitatem manti sui sequetur. Ita de propter Generalis Gubernator et Præses Regii Judicii cum futuro Profantellano ac duobus quos Gubernator vel Præses denominabunt, Assessoribus aut aliis honoratis Viris, cuius ordini secundum dignitatem gradus et officii ante restorationem Academia designabit in Ecclesia Cathedrali certa quædam subsellia, ab utroque sexu nunc et in posterum occupanda.

X3.

X3.

A.P.

De Praestore Eiusque electione
et officio.

1. Ad Praestoris Academia officium eligentur a Majori Consistorio duo vel tres homines fidei, negotiorum in officio tractandorum prouti, legum Suevicarum non ignari, qui statum et salutem Academiae amant, et illum bene perspectum habent. Hi S.^o R.^o M.^o per Cancellarium presentabuntur, ut ex eis unus illorum ad officium confirmari possit, hoc tamen iuxta observato, ut quicumque eorum in alia etiam eruditione egregie profecerit, si caetera sunt paria, reliquis preferatur.

2. Hic curabit 1.^o Bona et fundos Academiae. 2.^o Reditus tam ordinarios quam Extraordinarios: inter quos etiam mulette colonorum Academiae, atque artha conductionis praediorum computanda: tempèstive colliget, et consensu Senatus in nummum, si res ita valent, convertet, ac arano inferet dimidiam summam ad diem 20. Decembris, reliquum intra 23 Julii. 3.^o Rationes accepti et expèndi circa festum S. Thomae,

Praestori

13.
Rectori et Arani Inspectoribus reddet, bis de,
scriptas, de quibus alterum exemplar, cum documen-
torum libro in Archivo Academia reponet, alte-
rum secundum documenta accurate examinatum,
atque a Profancellano Rectori et Arani Inspe-
ctoribus subscriptum Academia cancellano ex-
hibebit in Regia Camera observandum. Rationes
reddere quotiescunque admonitus neglexerit, de-
cem Thaleris plectetur, quod diligenter singulis
vicibus in Consistorio notabitur. Si autem to-
to anno hoc ipsum facere neglexerit, cognita
causa punietur, atque ab officio removebitur.
Idque Consistorium sedulo observabit, cui, ut
et Academiae Rectori, non minus quam alii
subjectus erit. Nullus autem admittetur, nisi
juramentum subsequens praestiterit.

Juramentum Praestoris.

Ego N. N. sancte promitto serenissimo ac
Potentissimo Principi ac Domino, Domino
AROD XI: Regi Nostro Clementissimo,
etque legitimis Successoribus Subjectio-
nem

11.

h^um ac venerationem quoad vivam me pr^ostitutum
tum in legitime delato munere obeundo, fidei et
integritatis rationem ante omnia habiturum,
commodis utilitatibusque Academiae studiosè
invigilaturum, damnis vero et incommodis pro
vinibus obviam iturum, redditus ejus annuos tem-
pestive collecturum, eosque ad Illustrissimi Gen-
cellani et Senatus Academici præscriptum admi-
nistraturum, relatam inde pecuniam Soenoni ad
me redundaturo non expositurum, nec ad priva-
tas negotiationes collaturum, excepto stipendio
meo annuo; Sed quidquid pecuniae numerata ex
fundorum censu vel annonae distractione parari
queat, arano statim illaturum, indeque stipen-
dia cuique tempore statuto, presentibus ara-
ni Inspectoribus justè distributurum, nullius
odium vel gratiam respiciendo. Spondeo etjam
fundorum Academiae conservationem atque cul-
turam cordi mihi fore. Glorios ipsos inquit me
non tractaturum, aut alienae ipsos libidini ac
vexationi permitturum, ipsorum operam meo u-
sibus illicitè non adhibiturum, nec quovis nomi-
ne ac titulo quicquam nisi quod officii ratione
teneor ab eis exacturum. Rationes præterea

annuat

annuas ad liquidum perductas, ^{45.} praescripto legibus
tempore senatui exhibiturum. Tacenda quae me
praesente in Consistorio peraguntur, non divulga-
turum, omniaque denique secretaturum, quae honestas,
Constitutiones Academiae et muneris integritas
praescribunt. Ita me Deus adjuvet.

Art. XII.^{um}

De Secretario Academiae et eiusque electione et officio.

1. Secretarius eodem quo Rector eligetur modo, eloquentia, Iuris et Civis Philosophia peritus.
2. Is 1^o Acta et disceptationes in Consistorio bona fide consignabit. 2^o Sententias fideliter concipiet, descriptasque partibus requiritibus communicabit, idque cum consensu Rectoris, pro quo labore modicum pro eiusdem et unquam facultatibus praemium ipsi solvent.
- 3^o tenebit rationem militarum a Senatu impositarum. 4^o quae publico nomine scribenda sunt, exarabit. 5^o Negotia Academiae jubeat.

46.
te Senatu domi forisque perficiet. Protocol-
lum prout conceptum est, initio sequentis ses-
sionis jubente Consistorio recitabit. Iudicia
et definitiones seu sententias Consistorii an-
te Rectoratus mutationem presente Rectore
in Archivum deponet.

4 Juramentum Secretarii.

Ego N. N. sancte polliceor, me post divini no-
minis gloriam atque illam fidem et subjectio-
nem, quam S.^a R.^a M.^a Debes, in munere mihi
demandato Academia commoda et honorem qua-
cumque in re potero, sedulo et pro virili promo-
vere velle, Venerandum Senatam Academia
ejusdemq. Rectorem reverentia qua par est
prosequaturum esse, officiiq. mei partes, pro-
ut in Constitutionibus Academicis expri-
muntur, studiosè curaturum; Consistorii item
acta, disceptationes, sententias sive sche-
das alias, quotuncumque nomine venerint, non ni-
si cum consensu Rectoris aliis communita-
turum nec ad talium usum aliorum expri-
men-
da

17.
da, nisi Magistratus Academici auctori-
tate me adduci passurum. Literas quoque
tum Regias, tum ab Academia cancellario
aliisque de alienius momenti negotiis scriptas
fideliter conservaturum, nec earum distractio-
nem quantum in me fuerit, admisurum; as-
siduitatem denique, fidelitatem, taciturni-
tatem in omnibus quae Academia saluti, at-
que bonorum fama inserviant, rite observa-
turum. Ita me Deus adjuvet.

3. Quoniam Secretario Amanuensis
est necessarius, praesertim quando multipli-
catur scribendi labor, is quoque iuramento
sequenti se obstringet.

Juramentum Amanuensis.

Ego N. N. sancte polliceor, me in demanda-
to mihi munere fidelitatem atque diligen-
tiam adhibere velle, in omnibus quae ad man-
datum Academiae Rectoris vel Secretarii per-
scribenda, sive alias in utilitatem Academiae
iunguntur efficienda. Taciturnitatem quoque
rite

18.

rite Servabo in iis omnibus, quae vel Academia Secretarius edixerit vel ipse intellexerit non esse vulgari debere. Ita me Deus adjuvet.

AD XIII^m.

De Adjunctis eorumque officio.

1. Facultatis Theologicae Adjuncti Duo erunt: quorum munus erit, 1^o Auditoribus studiosis Authorem locorum Theologicorum in Academia receptum, praesertim in Compendio, sicut et libros Symbolicos ex decreto Facultatis privatim explicare. 2^o Semel ad minimum quolibet anno disputare sub Praesidio alicujus Professoris Theologi, nisi Licentiatum aut Doctor fuerit.

2. ^{et Professor} Facultas Juridica habebunt singularem quoque Adjunctum, qui ea quae facultas jusserit proponere debent.

3. Philosophicae Facultati quatuor adjungentur. Hi 1^o bis quotannis aut etiam saepius disputabunt publice. 2^o privatim linguas Philosophiam et probatos Authores proponunt.

3^o Disputationibus Philosophicis atque orationibus

rationibus juventutem exercebant, idque bonis
 et diebus extraordinariis, pro quo labore præter
 salarium, præmiam ab Auditoribus accipient.
 Hi autem omnes et singuli Facultatis ad quam
 pertinent directioni suberunt, nec quicquam in
 ista proponunt absque Facultatis venia et
 consensu.

AP. XIV.^{um}

De Vigilibus et eorum Praefecto.

1. Cum Dorpati duæ sint Jurisdictiones,
 Academica una, altera Urbica, et necessarium
 sit communis tranquillitatis et publicæ pacis
 servandæ causa, constitui vigilēs, qui noctur-
 nos tumultus et noxias grassantium moliti-
 ones impediant, clementissime a S.^a R.^a M.^{te}
 indultum est, ut suos qualibet Jurisdictio Vi-
 gilēs, et suum proprium habeat Praefectum.
Quod si Magistratus Urbicus suos dare neg-
lexerit, Toparcha a Senatu Academico com-
pellatur tenebitur eosdem exigere, atque ut
omnino sistantur compellere. Numerus autem

vigilium

50.

vigilium utrinque cum Praefecto quinario non
erit minor.

L. Sublata reser.
pt.

2. Ne quid vero ad subitos et inopinos ta,
sus mutuae opit desideretur, una et communis u,
triusque generis excubitorum statio. erit in foro
majore: ubi domuncula extructur duabus cellis
constans, quarum una ad Academiam, altera
ad urbem pertinebit.

3. Operas autem suas per vices et alter,
ne ita partientur, ut nocte una Academicus
Praefectus, altera Urbicus praesit et custodiam
agat, quilibet senis in singulas noctes arma,
tis excubitoribus, tribus nimirum Academicis
et totidem ex oppidanis stipatus, reliquis in,
terim omnibus ad stationem publicam per,
petuo manentibus.

4. Horum officium erit sedulo curare, ne
quid turbarum in urbe exoriatur, nocturnas
vociferationes et grassationes inhibere, se,
ditiosas contiones dispellere, aedium fenestra,
rumque effractores apprehendere cauponas vi,
sitare et prohibere, ne quisquam in illis ultra
definitum legibus tempus desideat, tum eos
qui tormenta explodunt observare et foro com,
petenti

petenti sistere, at in summa omnem omnino vim a capitibus adibus et fortunis ac possessionibus quorumvis arceret. Nullam itaque noctem in, custoditam transmittent, sed juncto agmine Urbem circumibunt, quidquid rerum geratur, attente observabunt toto exuberantur tempore. Quarum initium pro diversis anni temporibus per vices ita mutabitur, ut hybernis mensibus septima vespertina praeterea, aestivis nona inchoentur, in illos computato quidquid inter Octobres et Aprilese calendas intercedit temporis, in hoc residuo anno coniecto. Ne nisi post quartam matutinam sive hyems sive aetas sit vigila, re cessabunt.

5. Tumultuantes et vociferantes primo hortabuntur comiter vigiles ut, absistant, si monitionibus nihil profecerint, delinquentes sine ullo discrimine sive Academice sive Urbis Jurisdictioni subsint, apprehendant, et ad stationem exuberantur abreptos, per noctem in sua quomque cella adferabunt, postmodum mane Magistratui suo, Rectori quidem si Academici, Consuli vero, si Urbici sit, tradendo.

52.

6. Quod si contingat, ut ad crendos tumultus
coeant plures, quam quos a se vinci sperant vigilae,
diligenter capita factionum ejusmodi notabunt,
aut si id non possint, paucos ex promiscuo coe-
tu observabunt, quo nimirum contendant digressi,
aut quo habitu usi sint, ut indicio aliquo postin-
die omnino Magistratui tam nefariae rei instin-
ctores aut Complices patefiant: praecipue vero
adnitentur ut ex Separatis atque jam palan-
tibus aliquem comprehendere possint.

7. In hoc munere Universi et singuli ita se
gerent, ut ne quid ab ipsis negligenter temere
aut crudeliter fiat: cujus rei cura praecipua
penes Praefectum erit, qui noctem occupat. Si
quid praeter jus fasque ab ullo vigilum desi-
gnetur, sciet se non minus ejus culpa teneri
Praefectus, quam ipsum qui commisit, si modo
ut talia fiant imperaverit, vel facientes non in-
hibuerit. Praefecti vero ipsius iudicis sine ter-
giversatione obedire vigilae debent, nec ullo mo-
do obniti, aut obloqui, honesta et justa imperan-
ti, qui damnum per inobedientiam aut contuma-
ciam datum, si levius fuerit, remotione, sin gravis
Duxiore

duniae aliquo supplicio, pro culpa et delicti modo, sine mora sub suo quoque Magistratu luet.

8. Nec solum a membrorum mutilationibus et caedibus, sed et a verberibus et pulsationibus abstinebunt Vigiles, ut sedari sine tali violentia improbi tumultuantium conatus possint. Quam ob rem quod quisque eorum mali nulla cogente necessitate ex inconsulta quadam temeritate aut maligno animo in quemquam patraverit, id severe de Authore vindicabitur, prout determinatur in Patria legibus municipalibus. Si autem aperta vi quisquam ausit vigiles ipsas aggredi, et arma armis obvertere, periculum et damnum, quod quisque aggressorum tulerit, inultus habebit, quod vero dederit, duplici poenae eidem secundum Patria leges luet.

9. Qui ex Vigilibus per noctem abfuerit, maneris implicabitur, vel equo ligneo imponetur, idque in loco publico, et per diem integram, nisi frigus nimium fuerit. Eadem poena sit eorum, qui ebri excubias egerint. Si vero ipse Praefectus (absentia vel ebrietate deliquerit;

caritate

viga
phed.

causae vel multa pecuniaria punietur.

10. Ortis inter Praefectos) Vigilum aut inter Vigilum ipsos controversis, rei forum ut in aliis judiciis actor sequetur.

11. Praeter nocturnas hasce curas adesse Rectori, cum Consistoria habentur, Vigilum Academiae Praefectum, cum duobus ad minimum ex cubitoribus armatis semper tenetur, ut si quando usus fuerit praesto sint, quorum opera Rector utatur: Dabit insuper operam ut quisquam eorum qui causas agant armatus eorum iudicio compareat. Quare modeste ab intrantibus postulabit, ut gladios tantisper in vestibulo deponant mox reddendos, quo debita iudicio constet reverentia. Absente Vigilum Praefecto hoc ipsum sui munus esse meminissent Cursores.

12. Sem capitales causa aguntur omnes Vigilum Academici cum Praefecto suo praesto erunt armati, et eos e carcere ad iudicium deducunt sine turba et strepitu; eosdemque rursus a iudicibus demissos, nisi absoluti fuerint

in custodiam sine mora et fideliter reducend. 55.

Art. XV^{um}

De Ministris Publicis eorumque
Officio.

1. Fanuli Academia a Senatu bini consti-
tuentur. Hi 1° Rectoris justa quotidiana ex-
pedient et in edibus Rectoris comparebunt,
quotidie hora octava matutina et duodecima.
2° In Processionibus, Promotionibus et omni-
bus actibus publicis Rectori praesto erunt.
3° Detanorum justa convocabunt Facultates
quoties opus fuerit. 4° Carceris et captivorum,
qui a Praefecto Vigilum sunt comprehensi cu-
ram gerent, et claves carceris bene asservabunt,
et ad Rectorem quotidie deferent. 5° stipem
a studiosis bis in anno colligent, qualibet
vice a singulis solidos tres, a Nobilibus
octo, a Magistris quatuor, idque in mense
Majo et Octobri. 6° Studiosorum censum si-
mul agent et Nomina libro deinceps Recto-

56
n tradendo inferent, designatis etiam Hospitiis
Eveniuntque autem ad mandatum Rectoris card,
n includunt, priusquam dimittatur Famulo tba,
leni quadrante solvet. (7.º Adventantes sebo,
lari, qui Depositionis ritu Academia corpo,
n inseri cupiant, ad Rectorem deducunt, inde
ad Decanum examinandos, examinatos ad Depo,
sitorem, depositos rursus ad Rectorem deducunt
in album studiosorum referendos. 6.º Quoties a,
liquem accusatum ad Rectorem citant, pro la,
bore duos solidos accipiant; si vero ad Consisto,
num aliquem citaverint, quatuor solidos ab Acto,
re exigunt.)

AP. XVI.

DE DEPOSITIONE.

1. Depositionis obscenitas non feretur,
vexatio ludicra, qua fit enigmatibus et ali,
quid utilitatis habentibus questionibus
et aliis quibusdam ritibus tolerari potest,
modo fiet sine larva, cinere et fuligine, aliisq;

Servilibus

servilibus ludibriis, itemque sine verberibus⁵⁷
et se intra fines modestie et veretundie conti-
neat, et ad augendum literarum amorem, modesti,
amque sectandam dirigatur. Si Depositor sety
feterit, admonebitur a Decano, sin adhuc se non
emendaverit, poena a Consistorio irroganda coer-
tebitur aut ab officio removebitur.

2. Cumque presente Decano Philosophiae
vel ejus Vicario, hic studiosos initiandi ritus
peragi debeat, ejus erit ita moderari omnia ut
ratio honestatis et Pietatis habeatur, et in
presentia paucorum et familiarium peragatur.
Fient autem Depositiones tantum diebus Mer-
curii et Sabbathi, idque in aliquo solenni lo-
co, sine sumptu et impensa.

3. Instrumenta Depositionis Depositor
peracto ritu ad Decanum deferri statim curabit.

4. His peractis a Decano ritu usitato
absolutus a Rectore in Matriculam adscribetur
et in studiosorum numerum referetur, admitteturque
ad exercitia Privilegiaque a S.^o R.^o M.^o
studiosis hujus Academiae data.

⁴ Item quoque initiandi
progreffum in studio
explorabit ubi ea observa-
bit quae C. 9. §. 9. comprehensa
sunt

58. 5. Detano pro labore singuli initiati tres
marcas, Depositori tres numerabant, famulo vero
Academia, in vini sumptus et prestiti officii
praemium solidos sex. qui famulum eorum ad
lecturam ducit. Depositori item 3 marcas plerunt.

A. P. XVII^{um}.

De Promotionibus.

1. Qui Promovendi.

1. In genere Promotores id praecipue spectant, ut qui in studiis laudabiliter sunt versati, quique honestis sunt moribus, debito honore exornentur.

2. Speciatim ad gradum Philosophicum nemo admittetur nisi in linguarum Graeca et Latina, quam maxime vero hujus studio est, historia Universalis scriptoribus Sulpitio Severo, Justino, Eutropio et Floro, usque cognata temporum et locorum doctrina, ut in singulis disciplinis fuerit versatus, egregie autem in illis quae ad institutum vitae illius spectant.

3. Qui a suffragio Facultatis approbatus est, priusquam admittatur ad Gradum, Episcopi, cuius Diocesi subest permissionem et litteras commendatitias, ad Facultatem pro Gradu consequendo exhibebit, si in Diocesi promotionem affectat.

4. In Theologia non conferetur gradus Doctoris nisi ei, qui in docendi munere honorifico sit constitutus aut ad ejusmodi officium rite designatus, nec temere offeretur ei, qui eum ambit.

5. Quicumque examinandus est in Jure Medicina vel Philosophia, is ad examen non admittetur, nisi habuerit Testimonium a Facultate Theologica de necessaria artium, etulorum fidei cognitione, nempe quod eipsum fidei Christianae articulos secundum Symbola et Confessionem Socianae Ecclesiae et Auctoritatem Locorum Theologorum in Academia receptam recte pertulerit, et eorundem praecipua fundamenta ex Scriptura Sacra depromere poterit, nec non senem historia Bi-
blice

60
Publica V. et N. Testamenti mediocriter cognov-
erit. Et vitiosum qui ullum in Theologia, Juris
aut Medicina gradum accipere velit, is etiam
testimonium habebit a Facultate Philosophi-
ca de necessaria cognitione, pro ratione insti-
tuti, Historia Universalis Linguarum et Disci-
plinarum Philosophicarum.

6. In heterodoxa religionis Academia
nemini licebit gradum accipere.

2. Quomodo Examinandi tam publi-
ce tam privatim ubi et de loco cui assignando.

1. Examina cum Candidatis, bina instituta,
tam unum Privatum, alterum Publicum.

2. Privatum examen ita peragetur. 1. In-
usquam aliquis admittetur ad Examen Philo-
sophicum, cavebunt pro ejus aptitudine et pro-
fectu tres facultatis istius Professores.

2. In Facultate Philosophica Decanus una
cum duobus Professoribus Collegis, quorum al-
ter erit Professor Eloquentiae, Candidati pro-
fectum in studio lingua Latinae, vel Episto-
la

la vel alio aliquo Themate conscribendo ex,
plorabit; sine omni tamen impensa illius, x
qui examinatur. Hoc scriptum Decanus reli,
quis Facultatis Collegis censendum exhibe,
bit, quod si improbaverint, rejicietur in a,
liud tempus. 3.º Decani tam Philosophia
quam reliquarum Facultatum, adhibitis suis
omnibus Collegis, ad id rite per Censores
invitatis, in loco publico accuratum cum
Candidato instituent examen, in quo Philo,
sophi quatuor, Jurisconsulti et Medici Sex,
Theologi octo horas consumunt, diligenter,
que ejus progressum in omnibus que ad Fa,
cultatem spectant, remoto itidem omni pror,
sus sumptu, examinabunt, minus peritum
repellent, quem vero aptum deprehenderit,
admittent et Candidati titulo honorabunt.

3. Peracto examine Decanus ejusq;
Facultatis Candidatum hortabitur, ut hæc
studia non negligat, sed imposterum multo
magis colat, inque us se exerciat. Exiget.

62.

ab eodem ut sancte promittat se in omni vita
honestatem sectaturum, ac in moribus et vesti-
tu decentiam et gravitatem observaturum o-
mnique actuum qua Academia sunt hono-
ri et usui, quaque sua personae dignitatem
concedant ad quemque statum pervenerit.
Item si in Philosophia examinatus sit. quod
Lectiones publicas Professorum in Superiori
Facultate, cui se addixit diligenter frequen-
taturus sit. Promittat denique se contentum
fore loco quem sibi Decanus cum facultatis
Professoribus assignaturus sit.

4. Publicum examen consistet in Dispu-
tationibus, Orationibus et Lectionibus. 1. Di-
sputationes et Lectiones per intervalla fi-
ent, et singuli singulas de materia utili
habebunt Disputationes, ita tamen ut o-
mnes omnino tribus ante promotionem heb-
domatibus finiantur. Nec plures duabus
in una concurrent, idemque de Lectionibus
est observandum. 2. Cujuscunque facultatis

Candidatus

Candidatus sub Praesidio pro gradu disputa-
 bit. Praesēs autem nisi urgente necessita-
 te, non loquatur, quin si sufficienter respon-
 derit Candidatus, in eius responsione acqui-
 escendum erit. 3^o Majori apparatu quam a-
 lias fieri solet, disputationes huiusmodi ce-
 lebrabuntur, praesente nimirum Rectore, con-
 sveta toga ornato, et fuscis sceptra et
praeferentibus.

5. Porro singuli Candidati per dispu-
 tationes publicas examinati, legendo etiam
 suam industriam publice probabunt. Sument
 autem materiam utilem cum consensu illius
 Facultatis, in qua promoventur, et hanc ma-
 teriam recte tractatam in Facultatibus
Superioribus quatuor in Philosophia vero
duabus lectionibus absolvent.

6. Examinibus hoc modo factis, conve-
 nient Facultatum Decani cum Collegis, proxi-
 mo ante promotionem die, unicuique locum
 assignabunt secundum eruditionem: habita-

tamen

64.
tamen aliqua ratione / coeteris paribus / utatis
aut eorum, qui in officio publico sunt vel fuerunt.

3. Qui Ritus in Promotioni- bus adhibendi.

1. Promovendi manus in unaquaque Fa-
cultate ab omnibus Professoribus ordine ob-
ibitur; nec quisquam qui ordinario Professo-
ris officio fungitur hic negligetur

2. De idoneo promotionis tempore Con-
sistorium Majus judicabit.

3. Lvo constituto Decanus cum con-
sensu Profancellarii missis ad Profancellarium
litenis, petat ab ipso licentiam creandi Do-
ctores vel Magistros, qui nisi ipse adfue-
rit, suas vices Profancellario singulari scri-
pto commendabit.

4. Litenis ad Profancellarium impetratis,
Promotor instituet promotionem hoc modo:

1. Solenni programmata omnes Academia Civis
pndicē invitabit ad actum illum decorandum,
ut

ut statò tempore conveniant, in loco publico.
 2.^o Ipso die promotionis, qui per Famulos pu-
 blicos invitati sunt, in adibus Promotoris
 conveniant dimidiata octava, signo campu-
 na dato. Inde in puncto octavae ad Collegi-
 um ordine procedent, aut si Doctorum Theolo-
giae promotio sit, in templum chatedralè. Nisi
 si tempus hoc servari turet Promotor vigin-
 ti quatuor maris mulctabitur. 3.^o Ubi ordine
 conederint, Promotor orationem habebit, et
 finita Candidatorum industriam privatis et
 publicis examinihus probatam, et compertam
 toti Auditorio modeste predicabit, dignosque
 eos reperiros, quibus gradus conferatur. Hinc
 se singulos juramento adstringet.

Juramentum Theologorum.

Ego N. N. sanctè promitto me velle in vera fi-
 de sacris scripturis patefacta, et Ecclesie sym-
 bolis Apostolico, Niceno, Athanasiano, brevi,
 ter expressa, ac invariata Augustana con-
 fessione

66.

professione ex Upsalensi concilio et decreto recepta
at libro concordie repetita constanter usque ad
finem vite perseverare, eamque adversus omnis
generis corruptelas pie ac modeste tueri, et ean-
dem sincero studio docendo ad alios propaga-
re. In gravibus controversiis aut casuum qua-
estionibus definiendis circumspecte agere, ad-
hibita diligenti scripturarum consideratione
et consilio gravium virorum, quorum scientia
et integritas in rebus fidei prospecta est.
Schismatis occasiones studiosè fugere, stu-
dia et labores omnes ad Dei gloriam et Eccle-
siae incrementum secundum mensuram gratiae
quam mihi Deus confert, dirigere. Ita me
Deus adjuvet.

Juramentum Jurisconsultorum.

Ego N. N. sanctè polliceor me velle in vera fi-
de sacris scripturis patefacta et Ecclesiae sym-
bolis Apostolico, Nicæno, Athanasiano bre-
viter expressa, ac in invariata Augustana

Confessione et Upsalensi concilio et decreto re,
cepta, constanter usque ad finem vite perse,
verare; in tradenda deinde doctrina Juris ex,
peditissimam rationem sectari, omniaque ad Rei,
publicae usum et legum hujus imperii genuinum
sensum, fideliter accommodare, Juris et aequi
exactam rationem in omnibus sententiis, con,
sultationibus et judiciis semper habere, nec
unquam me sponte a recto et vero declinare
in cujusquam aut gratiam aut odium, nec ma,
lam cujusque causam tueri, et quascumque ali,
as corruptiones fugere, lites non trahere, sed
bona fide causas et negotia mihi commissa
tractare. Ita me Deus adjuvet.

Juramentum Medicorum.

Ego N. N. sancte promitto me velle in vera fi,
de, Sacris scripturis patefactis, et Ecclesiae
symbolis Apostolico, Nicano, Athanasiano
brevisiter expressis, ac in invariata Augusta,
na confessione et Upsalensi concilio et de,
creto

68.
creto recepta, constanter usque ad finem vite
perseverare, in tradenda quoque arte Medica
a veterum prescripto et recentium probatissimo,
rum Medicorum institutis et recepta ac longo
tempore probata medendi ratione non temere
discedere. Tandem quoque rationem in morbo-
rum curatione sectari, incerta et periculosa
non adhibere, sed ea solum quae quam maxime
egrotorum sanitati conducere intelligam. In pe-
niculosis morbis et casibus, aliorum Medicorum
consilia studiosè exquirere; auxilia quoque
si eger flagitet non detrectare, occultorum
morborum publicatione neminem affligere, sed
in omni officii mei exercitio id agere, quod ho-
nestas, pietas, amor proximi et Christiana di-
lectio requirit secundum modum industriae meae.
Ita me Deus adjuvet.

Juramentum Philosophorum.

Ego N. N. sanctè promitto me velle in vera fi-
de sacris scripturis patefacta et Ecclesiae

Symbolis

symbolis Apostolico, Nicæno, Athanasiano
 breviter expressa, ac in invariata Augusta,
 na confessione et Upsalensi concilio et decreto
 recepta ac libro Concordiæ repetita constan-
 ter usque ad finem vite perseverare; in disci-
 plinis tradendis perplexitatem omnem atque
 inutiles tricas vitare, tractare vero ea, quæ
 in facultatibus ceteris et vita communi u-
 sum maximum habent, et imprimis in ea Fa-
 cultate, in qua ad ulteriorem promotionem ad-
 spirat, publicas Lectiones diligenter frequenta-
 re donec in hac vel alia Academia ad id occa-
 sionem habuerit. Ita me Deus adjuvet.

Hinc licentiam impetrabit a Cancellario si
 presentis fuerit, aut a Profancellario creandi
 Doctores vel Magistros, quam Cancellarius aut
 eius nomine Profancellarius Promotori solen-
 niter audiente toto Auditorio indulgebunt.
 Atque tum denique Promotor adhibitis usi-
 tatis ceremoniis, insignibus et Privilegiis,
 eis pro authoritate, qua fungitur gradum con-
 feret

feret vel Magistrorum vel Doctorum. Quaestionem aliquam deinceps proponet Facultatis Adjunctus in qua fit promotio, quam novus Doctor sive Magister resolvet. Ultimus vero promotionis actum gratiarum actione absolvet.

1. Qui sumptus Candidatis faciendi.

1. Philosophiae Candidatus Decano quatuordecim marcas numerabit: ex quibus singuli Professores Facultatis tres capient: quod reliquum est fisco Facultatis inferatur. Alterarum Facultatum Candidati nonaginta marcas exponant, quarum octodecim cedent fisco.

2. Promotione peracta, Promotor autem, si vir honoratus a promotis constitutus Hospes, ad Epulum invitabit Cancellarium si adfuert, Profancellarium, Rectorem, Professores, Praetorem, et Academia Secretarium, atque praeter hos Rectorem scholae,

Adjunctos

Adjunctos facultatum et Ecclesia oppida,
na Ministros. Singulis quoque ex promotis
unum invitare licebit, ea lege ut pro eo sex
marcas solvat, si plures admiserit Promo,
tor aut Hospes, mulctabitur, ut in convi,
vio Rectoris definitum est. Eadem poena
afficietur si sequenti die convivium denuo
instruerit. In superioribus facultatibus
integrum erit candidatis singulis plures
eadem lege invitare ex promissione hospitis.

3. Sumptus Promotionis et convivio,
rum omnes moderabitur Decanus cum Pro,
motore, ut impensa Philosophiae Candidati
universa summa Thalerorum triginta non ex
cedat. Æterarum facultatum, centum et
quingenta, vel si solus fit, ducentorum
viginti quinque.

4. Promotori pro opera in ipso promo,
tionis actu præstita honorarium Philoso,
phiae Magistri Sex Thaleros; in Superiori,
bus Facultatibus conjunctim sexaginta dabit.

72.

5. Nunquam simul ultra duodecim in una Facultate promovebuntur. Sicut autem Promotiones non singulis annis, sed quoties Historiam Majus necesse judicaverit.

5. De Proemia Graduum.

1. Gradus dignitatem tribuit et potestatem publice disputandi privatimque docendi, quod tamen neutrum ullus sibi sine consensu Decani et Facultatis sumet.

6. Statutum Peculiare.

1. Qui S.^a R.^a M.^{ti} parent et hujus Regni Indigenae sunt, accipient gradum in regni hujus Academia. Qui secus facit, in docendi munere publico, in scholis et Ecclesiis primariis, coetens erit posterior, et graduum Privilegiis in hoc impensio carebit. In singulis autem Facultatibus superioribus omnes ordinarios Professores gradu Doctoris ornatos esse decet.

N^o 3.

2. Et

2. Et ne Theologia ex aliarum Facultatum studiosis in Academia degentibus defint studiorum incitamenta, licebit Facultati Theologicae Licentiatos juxta ordinem examinum supra descriptum, ut et Candidatos declarare. Illos quidem, qui totum Theologici studii cursum perfecte absolverint, gradumque Doctoris digni sunt: hos vero quos deprehendunt eo usque progressos esse ut 1^o in Textu Biblico Originali, Genesis, Psalmos et Esajam nec non Novum Testamentum, non inspecta alicujus translatione latine reddere valeant. 2^o Cujusvis Libri et Textus scripturae cum Veteris tum Novi Testamenti Orthodoxum sensum proferre possint. 3^o Capita religionis Christianae in Symbolis et Confessione Ecclesiae Suecana locis Theologicis comprehensa, non modo in Thesi sed etiam in praecipuis controversiis, quae hodie in Ecclesia agitantur, una cum praecipuis casibus conscientiae et Historia

71.

sastra et Ecclesiastica mediocri perfectione teneant. Hos praemisso diligenti examine privato, nec non publica disputatione Theologica, sub Praesidio, publico Facultatis testimonio nomine Candidatorum Theologiae ornare licebit, sine ullis tamen ceremoniis et conviviorum sumptibus.

3. Horum in Promotionibus ad officia Ecclesiastica et Scholastica in suis Diocesisibus ea habenda ratio est, ut reliquis sive Magistri sint sive non preferantur, si coetera, quoad aptitudinem in tali officio paria fuerint.

4. Praeterea S.^a R.^a M.^a elementer placuit, ut studiosi, Facultatis primum, deinde senatus Academici judicio et censura probatissimi quatuor, unus Theologiae, unus Juris, unus Medicinae ac Philosophiae usque duplici in suprema classe fruantur Stipendio, idque triennio. Horum officium erit, ut in Facultatis Collegio publica acta consignent,
et coetera

et coetera Notarii munera fideliter exequan-
tur, tum ut Professoribus egregium aliquod
opus elaborantibus, operam suam legendis
et conferendis Authoribus commodent, et
si quid typis excuditur, eos in corrigendo
juvent.

5. Nemini ad publicam Professionem
Theologicam aditus, nisi Theologiae licen-
tia patēbit.

AP. XVIII^{um}

De Disputationibus in Genere
et in Specie.

1^o. Quinam disputare debent.

1^o. Professores Publici ordinarios dispu-
tationes minimum unam quotannis consen-
sent, et habebunt, idque Rector urgebit; ma-
nebunt autem singuli intra terminos suae
Facultatis.

2^o. Qui Gradum Academicum non habet,
nisi

76
nisi Professor speciali S.^o R.^o M.^o indulta con-
stitutus sit, presidendi potestatem non
habeat, sed sub Presidio alterius disputet,
eligendo ex ea Facultate Presidem, ad quam
disputatio spectat. In ea autem Facultate
quisque solum presideat, in qua gradum vel
Professionem acquisivit. Et disputare licitum
est omnibus Professoribus ordinariis, item
Philosophiae et aliis quibusvis gradum haben-
tibus, idque non nisi impetrata a Decano
et Facultate venia. Ceteri omnes sub Prae-
sidio disputabunt.

2.^o Prae Disputationes ad- mittendae.

1.^o Disputatio quae absurdam aut impi-
am sententiam tuetur, aut quae turbas fiet
in Academia non admittetur, si quis talem
pertinaciter ullo modo publice vel privatim
defendere et propagare tentaverit, admonet-
bitur primum a Decano, deinde a tota Fa-
cultate, tandem a Rectore et Consistorio
item

item Profanellario, si adhuc non quieverit a,
 pud Ancellarium accusabitur.

2.^o Disputationum quae admittendae e,
 runt exemplaria, sextiduo antequam habē,
 buntur, nempe die Dominico vel Mercurii
 publice affigentur, et exemplaria distribu,
 entur eodem die per famulum Academiae,
 idque ordinariè in templo, non nisi finitis
 sacris; nec spargenda est ulla disputatio
 inter studiosos, antequam publice affixa
 fuerit, quae nisi observata fuerint, eae dispu,
 tationes non admittentur. In his si vel pet,
 traverit Praeses, vel Respondens, vel uterque,
 sesque Thaleso sigillatim mulctabuntur, vel
 famulus Academiae si in culpa fuerit, eandem
 mulctam exponet, aut ceterè punietur.

3. Nemini extra Facultatem Theo,
 logicam licebit Disputationibus suis the,
 ses Theologicas immiscere, vel eis corolla,
 ria addere talia nimirum quae non aliunde quam
 ex lumine gratiae, seu peculiari revelatione nota sunt.

3.º In specie de Disputationibus publicis Typis committendis, quo modo hæc celebrari debeant.

1.º Ad Disputationes Publicas pertinent 1.º solennes seu inaugurales, quæ examinis causa instituuntur. 2.º Ordinariae et annuæ Professorum in singulis Facultatibus. 3.º Quæ exercitiû gratia habentur, vel super materia a studioso aliquo conscripta sub Professoris alicujus Præsidio vel ab Inspectoribus pro stipendiariis.

2.º Publicam disputationem editurus, quicumque illè fuerit, nisi pro stipendiariis disputet, conscripta disputationis Themata, Facultatis Decano, si vero ipse Decanus fuerit Facultati disputationem exhibebit.

3.º Postquam Facultas ut haberi possit disputatio aliqua, potestatem dederit, atque typis excusa fuerit, Respondens publicè examina plana inter studiosos gratis distribuet.

4. Disputationes Juridicæ, Medicæ et Philosophicæ habebuntur diè Sabbati vel

Mercurii

Mercurii Theologica vero die Sabbathi tantum.

5.° Quando disputationes Iudiciae et Me-
lica habentur, illis cedent Philosophiae qua-
tunque, nec in ullo Auditorio haere habebuntur,
quandiu talis disputatio instituitur.

N3.

6.° Præses paucis verbis Disputationem
aperiet, et opponentes invitabit, qui sta-
tim sine præfatione oppositionem aggredientur. } obj.

7.° In disputationibus gradualibus, op-
ponentium neuter ultra horam opponet, tum
si alicui Professorum placuerit sequens tem-
pus occupabit, sin minus ansa opponendi
ad coetum devolvatur; si nemini ex coetu
placuerit, reditus fiat ad ordinarios, si
quid opponere ulterius voluerint. In omni-
bus autem Disputationibus argumenta sem-
per in forma Syllogistica proponentur.

/ non

8.° Placide disputationes fiunt, sine
scornatibus, calumniis, injuriis, altercationi-
bus, rixis, et mutuis interpellationibus,
vitata omni pertinacia præconceptam opi-
nionem defendendi; omnesque ad veritatis

Confessionem

80.

confessionem dirigentur, observabunturque
vices opponendi et respondendi, ne tempus to-
tum alteruter solus occupet. Qui sedes fecerit,
admonebitur a Rectori, Decano vel alio
Professore presente; si non paruerit, coram Con-
sistorio accusabitur, et arbitraria poena plet-
ctetur, (si soepius peccaverit, ad Profaneella-
nam vel si opus sit ad Quicellarium deferetur.)

felas

Septima

Qui

felu

9. Disputatio ab hora octava matutina
incipiens, ultra horam Undecimam: aut si so-
lennis fuerit, ultra duodecimam non protra-
hetur. Quae temporum momenta (si Praeses est
Decanus) praetise non observaverint, Sex mar-
cas Fisco Consistorii pendant. Horam Cursor indicabit.

In hac vera hora & incroantur di-
sputationes, quae diobus venerunt
fieri plerumque solent, ultra horam
ordinariam XI. non protrahentur
supi plebia et imaginibus reli-
tis fuerit
vera illa de Decano parte ultimus
no tam on ultra XII sunt pro-
diabendas. In graduatibus
disputacionibus, primis duas
horas ordinariis oppositis, reli-
quam tempore extraordinaria et
supra ipsas occupabunt.

10. In superioribus Facultatibus etiam
post meridiem a secunda in quintam habebi-
tur disputatio si sit solennis; opponent au-
tem tum ordinarii Opponentēs ab hora Secun-
da in tertiam, reliquis duabus horis Professo-
res Facultatis, et si res tulerit alii etiam
ex coetu Academico.

11. Si quae litigia aut rixae inter disputan-
tes

tes orta fuerint, Decanus interposita auctoritate, eosdem placide interpellabit et corriget. Idem disputationem abrumpet, si disputantes constitutum tempus excedent.

12.º Quod si Decanus abfuerit, aut quod sui muneris est, facere neglexerit, Rector aut etiam in Facultate Senior, vel qui a Decano substitutus est, monentibus ceteris Decani partes obibit. Si vero Decanus neminem substituerit, ipse mulotabitur: vicem vero Decani sustinebunt ceteri Professorum ordine. Qui vicem illam supplere recusaverit, ordine ad se devoluto, eidem mulotae obnoxius erit.

4.º De Disputationibus Privatis.

1.º Privatae disputationes ut in singulis Facultatibus fiant, Decanus providebit, cum baud parum prosint discipulis, praecipue junioribus, elementorum Universalium et brevem cognitionem expetentibus.

2.º Dirigentur ad Juventutis informationem, nec quicquam proponatur, quod sit vera fidei

82.

fidei, saniori doctrinae aut bonis moribus ad-
versum, aut quod publice docentes perturbet,
aut quod in vita communi vel nullum vel
exiguam habeat usum.

3^o. Brevibus Thematibus hae Disputatio-
nes consignabuntur, communicabunturque Au-
ditoribus. Quod si Thematata ante a probatis
scriptoribus concinnata sibi eligere velint,
Respondens vel eius Praeses facient id permit-
tente et approbante Facultatis Decano.

4^o. Privatae disputationes, nisi Professorum
non excudentur typis ne sumptu inutili gra-
ventur Auditores, nec intempestivis dedica-
tionibus onerentur homines, quibus Attoso-
res sunt ignoti: Quod si quis Parentibus
tutoribus, propinquis aut Patronis, a qui-
bus beneficia accepit, progressus suos de-
clarare velit, faciet id disputatione Publi-
ca, in qua etiam cautum sit, ne aliud aliquod
exercitium variatis titulis dedicetur, neque
plures quam sex in una dedicatione expect-
se nominentur, sub poena gravi à Facultate determinanda.

83.
5. Has quoque disputationes deat modestia candor et verecundia.

143.

A. P. XIX.

De Lectionibus tum in Genere
tum in Specie.

In Genere.

1. Rector cum Facultatum Decanis diligenter discriet, ne quid Juventuti publice proponatur, quod a S. R. M. ad petitionem Senatus Academici non fuerit approbatum.

2. Quando pralectionum Catalogus formandus est, prius convenient in Facultate Professores singuli et quisque significabit, quid et quomodo docturus est per subsequentem annum.

3. Omnium docentium praecipua cura erit, ut Juventus recte informetur, et sine ambagibus ad rerum non futatam cognitionem deducatur, itaque commentariis prolixis dictandis tempus non terent.

4.

87.

4°. Quantum fieri possit, dabunt operam singuli, ut quam brevissimo spatio lectionem quisque suam: nisi Author prolixior sit: fini-
niant. Sic V. T. scripta fere singula excepta
Generi, Psalmis et Prophetis Majoribus an-
no spatio absolvi possunt. Locorum autem
Theologicorum explicatio biennii spatium
requirere videtur. Sic Jurisconsultus dabit
operam, ut legum Svecicarum, itemque Insti-
tutionum et similium tractatum enarra-
tionem biennio absolvat. Medicus suas
lectiones triennio pertinet. Sed plerique
Philosophi anni spatio poterunt absolvere
quisque suam Disciplinam.

5°. Professores imprimisque Philosophiae
disciplinas suas clare et perspicue, sine
omnibus prorsus Scholasticorum perplexita-
tibus, inutilibusque speculationibus tri-
uis et subtilitatibus juventuti proponant,
inque eis tradendis rerum tractandarum indoli ac
discipulorum captui accommodatam Methodum
accurate servabunt.

tenebant

In

In Specie.

Cum quatuor sint Facultates, multumque
 fuerit rem literariam certus ordo, hic quoque
 imprimis in Academia observari debet.

1.º Theologorum.

Theologorum primus, qui est Pastor civitatis
 hora nona libros scripture Canonice V. T. ex
 originali Textu enarrabit, simulque quot,
 annis certis et commodis temporibus Hi-
 storiã Ecclesiasticam V. T. inde a p̄dito
 Mundo usque ad natum Christum integram
 in compendio proponit.

Secundus Theologus hora octava libros scri-
 pturæ N. T. explicabit ex Textu origina-
 li, per quotannis partem aliquam Historia
 Ecclesiasticæ N. T. a nato Christo ad præ-
 sentia tempora deducta opportunè per-
 sequetur, ut integram triennii spatia ab-
 solvat.)

Tertius Theologus hora tertia pomeridi-
 ana tractabit summa Capita Religionis
 Christianæ seu articulos fidei, prioribus

referentur hinc II Theologus
 partem aliquam scripturæ eccle-
 siasticæ N. T. a nato Christo

referentur hinc I Theologus

IV Theologus

III h. hora II. p. m. reliquos veteris testamenti libros canonicos
 imprimis Psalmos et prophetas majores et minores, fidei
 et lectu originali interpretabitur

86.

no ex Publicis vera Ecclesia confessionibus
 et praecipue Augustana in Concilio Upsa-
 lensi recepta: altero biennio, vel ad summum
 triennio ex locis Theologicis. Authore in Pa-
 tria Academia recepti, una cum praecipuis
 controversiis.

Quamquam autem quivis Theologorum ad si-
 bi juxta sessionis ordinem hic assignatas le-
 ctiones, allegatus esse debet, nihil tamen pro-
 hibet, quin gravi de causa permutatio ali-
qua lectionum, inter eosdem fieri possit,
 vel ex mandato Regiae M^{ti} vel de consilio
 et consensu Cancellani et Senatus Academiae
 ut verbi gratia, Theologorum primo, commit-
 tantur lectiones Secundi, Secundo tertii,
 et vicissim, modo id caveatur diligentissi-
 me, ne sic lectiones ullae negligantur, sed
 omnes aequè bene vel certe melius tractentur.
 Noverint autem Theologiae Professores si-
 bi severe prohibitum esse, ne Philosophica,
 rum disputationum scholastica commisso,
 ne, unde Pontificia tenebra et abominatio

dim

olim exorta sunt, doctrinam suam, Scripta, a deoque Theologiam ipsam deforment. Id qui fecerit et admonitus parere recusaverit, gravi Praeclari et Senatus Academici censura coercetur; operam etiam dabunt, quantum fieri potest, ut lectionibus Theologicis adscripti studiosi, fundamenta linguarum imprimis Hebraeae et Graecae jecerint.

2° Jurisconsulti.

Juris Professor ⁱⁿ jus civile Suecorum privatam, primo tyronibus in illo studio nude et cum necessaria textus paraphrasi explorabit. Deinde vero in doctrina juris tam Patrii quam Publici Universalis et Civilis Romani aliquantum proovectis, fontes Juris Suetici ex jure naturali positivo, divino et humano, gentium praecipue moratiorum derivatos monstrabit, collationemque cum Jure Romano, ut et Antiquorum Sueti-Dottorum, Internorum et externorum, vicinorumque Germanorum, Danorum et aliorum populorum legibus

in
populorum institut.
obj.

legibus instituet). Itemque ex jure Civili Pa-
 trio publico et privato, selectas juventuti
 quaestiones, ad Regni statum et Praxin fortis-
 sem accommodatas proponet. (Item) Institu-
 tiones Juris Civilis Romani cum legibus Pa-
 triae fideliter conjunget et exuecabit, dabit
 que operam ut studiosi perceptis Juris ele-
 mentis, quam facillima via ad ipsa Juris
 Prudentiae Romanae adyta in reliquo illius
 juris corpore deducantur, monstratis le-
 gum Romanorum rationibus magis ex jure
 naturali, positivo, divino et humano, genti-
 um praecipue morationum, quam ex variis
 et non necessariis interpretum allegatio-
 nibus. (Privatim Jus Publicum universale,
 quod inter populos plures et summas popu-
 lorum potestates, pace et bello intercedit,
 exponet, docebit bona nota. ^{II} Romaniana. X

1. Legit autem h. p. in And.
 Guffasiano
 Secundum

Et ambo vero Professores
 juris in hoc incumbunt
 ut quatuordecim sive ab oppi res
 vices sive ab adposito qur
 facultatis -

proponatur

3. Medici.

1. Medicina (Professor) Institutiones

Medicinas, et medendi methodum cum Ana-

thomice

Et professoribus Medicinae, primam
 partem erit, et de institutionibus
 medicinae quatuordecim ea proponit
 praesertim tam laudam
 quam ad reprehendum medicumque
 methodum et nota diastolica,
 chirurgica, pharmaceutica omnesque
 docebit.

Secundo quatuordecim tradet Symplicem et de institutionibus medicinae cum
 quatuordecim, praesertim de corporis humano, morbis, et signis, morborum, atque adeo
 Botanicis, anatomicis, physiologicis praesertim quaeque tenentur et modo conuenienter tractantur
 et iuventuti ob oculos ponet.

thomice et Gymnicæ enarrabit. Leget hora nona.

2. Sectionem Anatomica[m] ad minimum quolibet biennio semel instituet, suppedi, tantè Prætorè humanum cadaver. Spectato, res singuli unam marcam solvant, ex quibus Academico dimidium, reliquum Fisco Pa, cultatis Medicæ cedet. Professores tamèn et studiosi Medicinæ gratis ad inspectio, nem admittentur. *

3. Cadaver peracta sectione ritu con, sveto sepelietur, comitante Academico et Medicinæ studiosis ceterisque spectatoribus.

4. Aliquid etjam ex Hippocrate et Ga, deno per vias proponet, dabitque operam ut Cymica laboratoria habeantur et ex, erçantur, ut usus Physicæ plenius clarescat.

5. Præterea hujus officium erit sedu, lam curam in Pharmacopœum intendere, nec permittère, ut ille quicquam negliget eorum, quæ ad istius muneris rectam justamque administrationem necessària sunt, quæque ad probam Pharmacopoli instructionem ipsi

Præfatio curi

x Quod si Utrique si labori per vias præse voluerint tum duo illi medicis pecuni, am Anatomis debitam inter se negatim dividant.

utique autè medicis

hanc utriusque

20

a Senatu Academico prescripta fuerint, ad quam servandam iurijurando obstringetur.
 6. Hic quoque Pharmacopolium semel admi-
nimum visitabit quotannis, quandoque
 Consistorio placuerit, idque ex improviso
 Pharmacopoco non premonito. Adjunget autem
 ipsi Senatus Academicus ex Professorum
 numero visitatores duos, et proterea Aca-
 demie Secretarium, qui jubentibus Inspe-
 ctoribus, si quid notatu dignum obvenierit,
 in acta referet. Quin soepius Particularia
 Pharmacopolii examina etiam licebit Me-
 dico, quantumvis renitente Pharmacopoco,
 instituire, si quando visum ita fuerit et ne-
 cessitas postulaverit, presente itidem Secu-
 tario, si officium hoc ab ipso contingat requiri.

4. Philosophorum.

Visum est S. M. Majestati ut Mathemati-
 cas Professor Duo fiant, quorum
 primus Cosmographus seu Astronomicus
 erit et docebit Astronomicam primam
 et secundam, Mathematicam, Trigonometricam
 theoreticam, quoniam, Cosmographicam
 ecclesie, Geographiam, seu Geodesiam,
 cum arte navigandi, idque donec
 in studio majori.

(1. Mathematicos Professor docebit Arithmeti-
 ticam cum Logistica Sexagenaria et reliquis
 partibus doctrinam numerorum spectantibus,
 Geometriam, Geodesiam, Trigonometricam,
 opticam,

alter Euclidis praecepta Arithmetica cum Logistica Sexagenaria et reliquis
 partibus doctrinam numerorum spectantibus, Geometriam theoreticam et practi-
 cam, Geodesiam, Trigonometricam, opticam et architecturam civilem.

Opticam, Astronomiam, Gnomonicam, Compu-
tum Ecclesiasticum, Geographiam cum usu
globorum, et Architecturam Civilem, monstra-
bitque usum variorum instrumentorum Ma-
thematicorum, idque hora ³secunda. Priva-
tim vero haec tractanda sunt. Architectura
militaris, (ars navigandi), perspectiva Pra-
ctica, Apologistica Principum et Mercatorum.

2. Physicis Professor institutiones
Physicas ex Aristotele, aliisque probatis,
simis Authoribus enarrabit. Botanice quo-
que ex Dioscoride et aliis in hoc genere ex-
cellentibus, Auditoribus suis proponet. Vo-
cabit autem hora Octava.

3. Linguarum Orientalium (et Graecae)
Professor, Hebraicam linguam docebit ex V.
9. Galdeam ex Esdra et Daniele, item Sar-
gum Ontheki, Ionothanis etc. Syram ex N.
5. et Psalmis aliisque scriptis; Rabbini-
cam ex commentatoribus in Biblia et aliis.
Si quando disputare volit, materiam promet

et

in auditorio veteri.

Arabicam et arifiam biblio-
rum scripturas, aliisque scrip-
tis arabum scriptis.

92.

